

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti**

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1905**

Adelphoe III

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1583](#)

(IV 1, 5—6) ‘nam hunc diem misere nimis cupio, ut coepi, perpetuum in laetitia degere’.

## III.

## 1.

288    1 OBSECRO MEA NVTRIX haec scaena tragoeiae ordinem seruat, nam tragoeidia in tria dividitur: exspectationem, gesta, exitum. hic quoque exspectatio est *(in mulierum colloquio)* 5 (III 1), in Getae nuntio (III 2, 1—30) gesta, in planctu Sostratae (III 2, 31 *sq.*) exitus. 2 OBSECRO MEA NVTRIX hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, quam grata in dominos seruorum fides sit, eudemque laborem et dolorem esse ex falsis quem ex ueris malis. 3 OBSECRO 10 MEA NVTRIX personae aut *(ex)* suis uerbis aut ex alienis insinuantur: ex suis, ut nunc persona Sostratae, ex alienis, ut initio Aeschini persona ex Micionis oratione ac Demeae. 4 OBSECRO MEA NVTRIX QVID NVNC FIET ‘mea’ nunc pro blandimento ponitur, et ‘quid nunc fiet’ 15 imploratio magis est trepidantis quam ignorantis interrogatio. namque illius nutrix est, quippe anicula est, neque sapientior nutrix est quam domina sua. ipsum etiam quod dicit ‘nutrix’ honorificum est, ut (*Verg. Aen. IV 634*) ‘Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem’; sunt enim 20 nomina ad aliquid, quibus nos tamen uelimus ab omnibus appellari, ut magister medicus orator.

1 misere nimis] miserrimus *codd.* || 3 haec scaena] comprehendere videtur *sc. 1 et 2* || 4 gestum *V* || 5 quoque] ergo Steph. | in — colloquio suppl. Schoell (*cf. schol. 2, 1*) || 6 gestus *V* | plantu *CV* || 8 quis *V* || 9 domino *codd.*, corr. Steph. | sit et -que laborem et *om. C* || 10 quem *W.*: quam *C*, ut *V* (*dett.*) || 11 ex add. *W.* | ex aliis *C*, aliorum *V* (*dett.*); corr. *W.* (*cf. infra*) || 14 ac] et *C* | FIET *om. C* || 15 nunc *om. V* | fiet *<et>* *C* || 16 ignorantis *V*, ignoratio et *C* || 17 anicule (*om. est*) *C* | neque *C*, cod. *Cuiac.*, sed non *V* (*dett.*) | est — nutrix *om. C* || 20 mihi *om. C* || 21 ab omnibus *om. V* || 22 *<ut>* medicus *C* | *<ut>* orator *C*, ut tutor *cod. Cuiac.*

- 289    2 1 MODO DOLORES MEA TV OCCIPIVNT PRIMVLVM eui-  
denter hic 'modo' temporis praesentis aduerbium est. et  
rursum 'mea tu' blandimentum est, sine quo non pro-  
greditur colloquium feminarum et maxime trepidantium.  
2 PRIMVLVM initium et ipsa origo dolorum diminutiae  
demonstrata est; non enim 'primum' sed 'primulum'  
dicit.
- 290    3 1 NVMQVAM TVTE PEPERERIS uide preeparationem  
doloris: nihil mali adhuc secutum est et iam sic pertur-  
batur Sostrata.    2 IAM NVNC TIMES QVASI NVMQVAM AD- 10  
FVERIS NVMQVAM TVTE PEPERERIS docte duo proposuit,  
quibus experientes scientesque rerum sumus: uidere et  
pati. sic Vergilius (*Aen. II* 5) 'quaerere i. m. u. et  
q. p. m. <f.>' 'tute' autem pro tu παρέλκον est, quod si  
reiteratur, facit tute et tutemet et tutemet ipse.    15
- 291    4 1 SOLAE SVMVS cum hoc nomen singularitatis sit,  
mire 'solae' pluraliter dixit.    2 NEMINEM HABEO SOLAE  
SVMVS GETA AVTEM HIC NON ADEST muliebriter queritur  
et ex perturbatione sua aestimans metu multa facit ea,  
quae pauca sunt.    3 GETA AVTEM HIC NON ADEST hic 20  
apparatio est, ut ostendatur absens, qui superuenturus est.
- 292    5 1 NEC QVEM AD OBSTETRICEM MITTAM deest 'habeo',  
sed in consuetudine est sic loqui, cum utrumque nobis,  
non alterutrum deesse conquerimur.
- 293    6 NVMQVAM pro non.    25
- 294    7 1 Et 'semper' non ad omne tempus rettulit — nam  
qui potest? — sed <ad> omnes dies, secundum quod ait

2 aduerbium temporis est praesentis *V* || 6 est *om.* *C* ||  
9 nil *C* | scitum est al' secutum est *C* | turbatur *V* || 11 qui *C* ||  
14 parelon est *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* | si reiteratur *Hahn*: resici-  
tatu et *C*, rescitatu et *cod. Cuiac.*, resciscitatur ut *V* (*sim.*  
*dett.*) || 15 tutemet] in te met *CV* | et — ipse] ipse *C* || 16 sit  
*om. C* || 17 habemus *V* || 18 non est *C* | muliebriter queritur  
*om. C* || 19 ex] e *C* | metus *V* | ea *om. C* || 20 non est *C* |  
hic *om. V* || 22 MITTAM *om. C* || 23 cum <ad> *codd.*, corr.  
*Steph.* || 26 Et *Steph.*: est *codd.* | nam qui potest] numquam *V*  
(*dett.*) || 27 sed] si *C* | ad add. *Steph.*

'nam numquam unum intermitit diem'. 2 SOLVS MEA-RVM MISERIARVM <E. REM.› bona locutio.

291 4 4 MISERAM ME proprium est mulierum, cum loquuntur, aut aliis blandiri, ut (*Verg. Aen. IV 634*) 'Annam, cara m. n., h. s. s.' aut se commiserari, ut (*Verg. Aen. IV 420—21*) 'miserae hoc tamen unum exsequere, Anna, mihi'. nam haec omnia muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in aceruum rediguntur et enumerantur nullius momenti querelae. 5 NEMINEM HABEO quid enim opus est aut cur nunc quereris? 6 SOLAE SVMVS num-10 quam pluraliter 'solae'. 7 GETA AVTEM HIC NON ADEST ueniet.

292 5 2 NEC QVEM AD OBSTETRICEM MITTAM NEC QVI AC-CERSAT AESCHINV M 'habeo' subauditur. et magis a trepi-dante quam rationabiliter dicitur; nam refellit hoc totum 15 nutrix Canthara.

295 8 1 E RE NATA sic proprie dicimus de his, quae contra uoluntatem nostram acciderunt, ut nunc uitium uirginis. — *Ergo 'e re nata' ex uitio uirginis.* — sic Lucilius †pu. 'hic e re nata, †sic eius dedit, haud malus est' <sup>20</sup> (*l. inc. fr. 109 M.*). 2 Et sic maluit dicere, quae non Aeschino culpam sed potius casui attributam uellet. est autem ordo: nihil melius potuit e re nata fieri quam id quod factum est, era, ut quandoquidem uitianda erat uirgo, ab eo uitiaretur, qui erat expetendus ad matrimo-nium. sensus enim hic est: malum quidem est uim fieri uirgini, sed ex condicione eius, quae uitiata sit, nihil potuit melius eueneire quam <quod> contigit, ut ab eo

1 unum numquam *codd.* || 2 *E. REM. add. Goetz* || 3 mulie-  
rum est *C* || 4 alias *C* || 8 et *om. C* || 10 numquam] *fort. nota*  
quod || 11 *AVTEM*] aut *ante geta C, om. V* || 12 <*sed*> ueniet? ||  
13 accerset *codd.* || 15 rationaliter *C* || 17 proprie sic *C* | de his  
*om. C* || 18 accident *C* | uictum <uicine> *C* || 20 pu. *C*, puer  
*V* (*dett.*); *libri numerus latere videtur, v. append.* || 21 non]  
nunc *C* || 23 potuit melius *C* | quam quod id *C* || 24 ut *Steph.*:  
aut *codd.* || 25 qui esset *C* | expetendus <expectandus (que  
*add. V, dett.)>* *codd.*, corr. ed. pr. || 26 est 2. *om. C* || 28 quod  
*add. Klotz*

uitiaretur, cuius nos non paeniteret. intellegere autem debemus 'fieri' et 'factum est' pro euenire et contigit dici. 3 MELIVS FIERI HAVD POTVIT si 'fieri' pro euenire acceperis, erit consecutio locutionis, sin minus, de-  
erit 'quantum intellego'. 5

296 9 1 QVANDO VITIVM OBLATVM EST hoc est 'e re nata'.  
 2 'Oblatum' dicitur, quod offertur inuito. 3 VI-  
 TIVM OBLATVM EST QVOD AD ILLVM ATTINET POTISSIMVM  
 quasi uitium oblatum sit potissimum, hoc est bonum;  
 sed ex persona eius qui obtulit uitium factum est bonum,  
 quod per se ipsum malum est. 4 Et hoc est quod  
 'melius hand fieri potuit quam factum est'. 'illum' autem  
 dicit Aeschinum. 5 'Potissimum' autem superlatium  
 est ab eo quod est potis et potius. sic enim facit:  
 potis potius potissimum. 6 Et 'quod' modo exceptio-  
 nem significat, ut sit: quantum ad illum attinet, id est  
 Aeschinum.

297 10 1 TALI GENERE laus ante illum, 'talem' et  
 'tali animo' in illo. 2 Et genus iam ad uiuos per-  
 tinet, familia etiam ad defunctos. alii genus ad nobili-  
 tatem referunt, familiam ad copias, unde et pater fa-  
 milias dicitur, ut sit 'ex tanta familia' ex tam diuite  
 domo. 3 Haec omnis περίστασις tragica est: gaudiorum  
 introductio ante funestissimum nuntium. 4 TALEM a  
 corpore, id est a forma, a pulchritudine; TALI GENERE ab his  
 quae extrinsecus sunt, id est ab honestate generis;  
 ATQVE ANIMO ab animo, id est a sapientia, ⟨a⟩ modestia:  
 hoc modo igitur nihil praetermisit in laude.

2 est W.: esse codd. | pro euenire W.: puenit C, euenit V | 3 p uenire C || 4 sin] si non V || 7 oblatum ⟨est⟩ V | in uitio V || 8 est om. C || 9 sit] est C || 12 quam ⟨quod⟩ V, quod C | illud V || 13 dicit ⟨ut⟩ V | eschinus ⟨scilicet⟩ codd. || 14 est 1. om. C || 16 significet ⟨pro eschino significat⟩ V (dett.) | quantum] quod V (dett.) || 20 etiam om. V || 21 et om. C || 23 περίστασις M<sup>4</sup>, cod. Cuiac., \*\*\*\*\* CV; περίστασις Steph. || 25 id est (scilicet V) ante a corpore codd., corr. W. || 27 atque ⟨ex⟩ V | ab animo om. V | id est om. C | a add. W.

298    **11** SALVVS NOBIS DEOS QVAESO VT SIET quam bonus est, cui nihil ad uota praeter salutem!

## 2.

299    **1** 1 NVNC ILLVD EST QVOD SI OMNES OMNIA hic locus secundum artem comicam seruum currentem exprimit et nuntiantem mala. maxima itaque pars scaenae motoria est. significat autem: nunc tale negotium est, nunc tale periculum est. 2 Aut vero 'cum' significationem temporis habet, ut si diceret 'quando' aut 'quo tempore'. 3 NVNC ILLVD EST utrum periculum an tempus? est enim ἔλλειψις.

4 CVM SI OMNES OMNIA SVA CONSILIA ὑπερβολή cum παρονομασίᾳ 'omnes omnia'. hinc Cicero (*in Verr. II, I 6, 15*) 'omnes in hoc iudicio conentur omnia'.

300    **2** 1 SALVTEM QVAERANT non 'remedium' ut aegro, sed ut pereundi 'salutem'. 2 *Et* noue dixit 'malo salutem' pro 'contra malum'. 3 AVXILI NIHIL AFFERANT mire de proximo repetitum est παρόμοιον, id est 'conferant' et 'afferant'. hoc conuenit praeſertim stomacho uerba minus curantis, sicut supra 'omnes omnia'.

301    **3** 1 QVOD MIHI<QVE> ERAEQVE FILIAEQVE mira in seruo fides: primum se ponit in erili malo et post se matrem, 20 in ultimo puellam. 2 MIHIQVE ERAEQVE FILIAEQVE ERILI EST πολυσύνδετον secundum, ut (*Verg. Geo. III 343—45*) 'omnia secum armentarius Afer agit, <tectumque laremque

1 sciet <et> C | quam Steph.: quia codd. | bonus] talis V (dett.) || 2 cui om. V (dett.) | salutem] opus est add. V (dett.) || 3 istuc V | OMNES om. V || 7 cum C (dett.), om. V; cf. Ter. codd. DG || 9 istuc V | elipsis V, \*\*\*\* C || 10 cvm] quad V (dett.) | ὑπερβολή cum παρονομασίᾳ Steph.: παρονομασία M<sup>4</sup>, \*\*\*\*\* CV || 12 conentur] conterant C, conf- V (dett.) || 14 dicit C || 16 παρόμοιον M<sup>4</sup>, papomoion C, \*\*\*\* V || 17 minus uerba V (dett.) || 18 omnis C || 20 fides <cum> V, om. C | ponat V (dett.) | herilis C || 22 πολυσύνδετον Steph.: ασύνδετον M<sup>4</sup>, asyntheton V, \*\*\*\*\* C || 23 secum acer afer agit C, secum V | tectumque — p. 71, 1 pharetram] \*\*\*\*\* codd.

armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram'.

3 VAE MISERO MIHI ἐμπαθῶς σχετλιάζει.

- 302 4 1 TOT RES REPENTE CIRCVMVALLANT <'circumuallant'>  
se circa nos et stipant se inuicem; nam circumuallamus  
et nos et alios. tamen rara locutio est. 2 Et 'circum-  
uallant' dixit uelut inimica acies contra nos, et ideo addidit  
'unde emergi non potest'. nam impressio dicitur hostium,  
ut Sallustius (*Hist. V fr. 8 M.*) 'pressi undique multitudine'  
et Cicero (*in Catil. II 10, 21*) 'qui semper premuntur et  
numquam emergunt'. 3 Et 'emergi' noue, nam *emergo* 10  
dicitur, non *emergor*. sed ideo usus est, quia sine com-  
positione et *mergo* et *mergor* facit. 4 VNDE EMERGI  
NON POTEST 'unde' absolute. 5 An deest 'illud'? an  
'unde' pro ex quibus?
- 303 5 VIS EGESTAS INIVSTITIA SOLITUDO INFAMIA hae 'res' 15  
sunt quea 'circumuallant': 'uis' illata, 'egestas' ipsius puellae,  
'iniustitia' iudicum, 'solitudo' a defensoribus, 'infamia' ab  
his, qui credunt pretio uitiatam; nam et in subditis sic  
habes (*v. 50—51*) 'quando conscientia mihi sum . . . neque  
pretium neque rem ullam intercessisse'. 20

- 304 6 1 HOCINE SAECVLVM ἐν ἡθει questurus de homine  
saeculum accusat prius, ut (*Cic. in Catil. I 1, 2; pro Deiot.*  
*11, 31*) 'o tempora, o mores!' et e contrario saecula in  
omnibus rebus laudantur, ut (*Verg. Aen. I 605—6*) 'quaer-  
te tam laeta tulerunt saecula?' 2 HOCINE SAECVLVM 25  
O SCELERA O GENERA SACRILEGA O HOMINEM IMPIVM moris  
est nimis dolentibus incusare alia ex aliis. Vergilius (*Ecl.*  
*V 22—23*) 'cum complexa sui corpus m. n. atque deos

2 ἐμπαθῶς σχετλιάζει Lindenbr. (*ex cod. Cuiac.*?): \*\*\*\*\*  
CV || 3 circumuallant add. Steph. || 5 est. Et om. C || 6 ue-  
luti V || 7 hostium dicitur V || 9 semper] iam pridem Cic. ||  
et numquam] non C; qui numquam Cic. || 10 Et—11 emergor  
om. C || 11 extra compositionem V (dett.) || 12 et bis om. C ||  
16 egestas om. C || 17 iudicum C, -cum <illius temporis> V  
(dett.) || 18 et om. C || 21 ἐν ἡθει Steph.: \*\*\*\*\* CV || 23 a  
tempora et mores C, a tempore mores <increpet> V (dett.);  
corr. Lindenbr. || 24 qui C || 26 impium cod. Cuiac., (*ex corr.*)  
C, impurum V (*ante corr. C*)

atque astra u. c. m.' et (*Aen.* II 745) 'quem <non> in-  
cusaui amens hominumque d.' 3 o HOMINEM IMPIVM  
Aeschinum scilicet. et hoc ήθικῶς; nam semper ultimum  
ponimus eum, cui maxime irascimur, ut in Andria post  
accusatum sacerum et uituperatam sponsam (*I* 5, 17) 'nam 5  
quid ego dicam de patre?' et in Phormione (*II* 1, 1)  
'itane tandem uxorem duxit Antipho' et post multa (*v. 3*)  
'<o> facinus audax! o Geta monitor!', unde ille 'uix tan-  
dem' inquit.

305 7 VIDEO TIMIDVM ET PROPERANTEM GETAM 'timidum' 10  
perturbatum, non enim timet sed dolet. sic Plautus in  
Bacchidibus (*I* 1, 73) 'nam ut ex mari timida es'.

306 8 1 QVEM NEQVE FIDES ordo est: hominem impium  
(*v. 6*), quem neque fides. 2 Et saepe repetitum 'neque'  
exaggerat crimen admissum. 3 QVEM NEQVE FIDES quia 15  
promisit; NEQVE IVSIVRANDVM quia iuravit; NEQVE ILLVM  
MISERICORDIA quia uim intulit. 4 NEQVE ILLVM secundum  
παρέλκον, nam abundat 'illum'; ut (*Verg. Aen.* V 457)  
'nunc dextra ingeminans ictum, nunc ille sinistra'. 5 Et  
eius uidelicet misericordia, quam amauit. 6 NEQVE . . . 20  
REPRESSIT ne auderet;

307 9 1 NEQVE REFLEXIT ne faceret. et sic hoc dictum  
est, ut a Vergilio (*Aen.* IV 369 sq.) 'num fletu ingemuit n.?  
num l. f.? n. l. u. d. a. m. a. e?' etc. 2 Et si non  
potuit reprimi ne faceret, saltim ut in peccando esset 25  
mitior, debuit commoueri. sed melius quod supra. 3 NE-  
QVE QVOD PARTVS INSTABAT PROPE αὐξητικῶς: non enim  
addidit <tantum> mariti sed etiam patris scelus.

2 impurum *V* (*dett.*) || 3 ήθικῶς *Steph.*: ethicos *V* (*dett.*),  
\*\*\*\* *C* || 5 <et> sponsam *codd.*, corr. *Steph.* || 6 et] quid *C* ||  
8 audax *om.* *C* || 10 timidum *om.* *C* || 12 nam ut ex] non ut  
*C* | timida es] timide *C*, -de *V* || 13 fides <neque i.> *V* (*dett.*) ||  
14 fides <neque iusiurandum> *V* | Et saepe cod. *Oriac.*, in se  
*C*, *om.* *V* | repetitum *om.* *V* || 15 admissi *C* || 16 ILLVM *om.*  
*V* || 18 parecon *V*, -com *C* | ut *om.* *C* || 20 amat *C* | NEQUE  
*om.* *C* || 23 a *om.* *C* || 24 Et] aut *Hartman* || 25 saltem *V* ||  
26 commoneri *V* || 27 αὐξητικῶς *Steph.*: \*\*\*\* *C* *V* | non enim  
nec *C* || 28 tantum (*ante addidit*) add. *Steph.* | etiam *om.* *V*

308 10 1 CVI MISERAE deest 'ei'. 2 INDIGNE impie, crudeliter,  
ut Vergilius (*Aen. II* 285—86) 'quae causa indigna s. f. u.?' 10

3 NON INTELLEGO ad hoc Sostrata ignorans inducitur,  
ut malo nuntio repente feriatur. et quia oportuit ipsam  
priorem loqui, praesens loquitur. quia autem non est 5  
perdenda tam suavis ḥθονοῖα dolentis ad irascentem, id-  
circo non audit Geta, conuersus ne ob illam loqui desinat.

309 11 SATIS QVAE LOQVATVR adhuc non audiente Geta  
loquitur. idcirco nec audit eam seruus nec uidetur ab eo  
Sostrata. 10

310 12 1 VIX SVM COMPOS ANIMI aut 'uix' tandem aut  
non, ut Lucilius (*l. inc. fr. 107 M.*) 'carcer, uix carcere  
dignus'. 2 Et COMPOS ANIMI id est competentis animi  
uel sani animi, cui contrarium est impos animi. Sal-  
lustius (*Hist. I fr. 136 M.*) 'neque animo neque <auribus>' 15  
aut lingua satis competere', cum de amente Septimio loque-  
retur. alii 'compotem animi' compositum animi intellegunt.

311 13 QVAM ILLAM TOTAM FAMILIAM hic non tam culpa  
familiae quam scelus Aeschini ostenditur, propter quem  
omnes cruciandi sunt. 20

312 14 IRAM HANC 'hanc' interdum pro qualitate, inter-  
dum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque.  
ut (*Verg. Aen. I* 98) 'tuaque animam hanc e. d.' et  
(*Aen. IX* 481) 'hunc ego te, Euryale, aspicio?' sed nunc  
pro utroque 'hanc' dixit, ut Sallustius de scripto Cel- 25  
tiberi ait (*Hist. III fr. 81 M.*) 'hanc igitur redarguit  
Tarquitius'.

2 s. f. u. om. C || 5 loqui om. C | quia Steph.: qui C, que  
V || 6 ḥθονοῖα M<sup>4</sup> (Steph.): \*\*\*\*\* CV || 7 audit<sup>2</sup> C | con-  
seruus (corr. Teuber) ne ob illa (corr. Steph.) loqui desinat V,  
ab illa cum seruus geta desinat loqui C || 8 loquitur V (dett.) |  
non — 9 seruus om. C || 11 SVM — ANIMI om. V || 13 Et om. V |  
competentis (pe in po corr. V) animi uel om. C || 15 neque  
2. om. V | auribus add. ex Nonio 276, 15 || 16 septimo codd. ||  
17 <alia> alii C | animi C, -mum V (dett.); -mo Steph. ||  
18 non] nunc V || 21 hanc om. C || 25 celubri C || 26 hunc C ||  
27 tarquinus C, -nius V; corr. Carrio. Interrogandi signum hic  
ponendum censem Schlee, Ann. soc. philol. Berol. 1898 p. 112

- 313    15 1 SATIS ID MIHI HABEAM SVPPPLICI moraliter loquitur. nam fere cum quisquis irascitur, sibi uidetur fortis <et> tamquam plus audet. 2 DVM ILLOS VLCISCAR MODO uerum est hanc esse uindictam, quae ex recentissimis flagitiis properata sit. Vergilius (*Aen.* X 514—15) ‘te, Turne, s. e. n. q.’
- 314    1 SENI ANIMAM PRIMVM EXSTINGVEREM bene ‘extinguarem’, quia *anima* ignis est. Vergilius (*Aen.* VI 730—31) ‘igneus est ollis u. et c. o. s.’ 2 *Et* ‘primum’ addit, quod ordinem significat; tunc enim adicitur, cum multa subsecutura monstrantur, ut (*Sall. Hist. I fr. 44 M.*) ‘cui fracta prius crura bracchiaque’ etc. 3 Vindicta in Aeschinum tota prominens ostenditur etiam per aliena supplicia.
- 315    1 IMPVLSOREM causa poenae. 2 VAH QVIBVS ILLVM 15 LACERAREM MODIS hic uoluntas immodica ostenditur poenam pro merito reposcentis. 3 *Et* nota, cum ‘Syrum’ dixerit, addidisse de supercilio rursus ‘illum’.
- 316    1 SVBLIMEN ista poena est. 2 STATVEREM VT CEREBRO DISPERGAT VIAM et cerebrum (*cf. V 2, 7*) et uia 20 dispergi potest; ideo uidetur ambiguum, ut apud Vergilium (*Aen.* IV 664—65) ‘ensemque c. s. s. q. m.’ aliter enim dicitur (*Ecl. V 40*) ‘spargite humum foliis’, aliter (*Aen.* IV 512) ‘sparserat et latices simulatos f. A.’
- 318    20 1 ADVLESCENTI IPSI ERIPEREM OCVLOS bene ‘oculos’, 25 amoris inlices adiutoresque flagitii. 2 POSTHAC PRAE-

2 cum] quemquam *C*; quando *Steph.* | quisquis] quisquam *Steph.*, quisque *Klotz* || 3 et add. *W.* | plus <qui> *V* (dett.) || 4 recentissimis *Steph.*: recentis uitii *V*, recentis *C* || 7 bene extinguerit om. *CV* || 8 anima add. *W.*, cf. *Lact. Plac. ad Stat. Theb. I 255* || 10 enim om. *C* | cum] ut *C* || 11 subsecutura *W.*; subiectura *C*, subicienda *V* (dett.) || 12 uindicta *Westerh.*: uitium *codd.* || 13 totum *V* (dett.) || 14 supplicia] maxime per Syrum add. *V* (= dett.) || 15 causae *V* || 16 immodicam *C*, -ca// *V* || 17 meritoris poscentis *codd.*, corr. *Steph.* || 18 rursus] nutus (*ante de*) *V* || 19 sublimem *V* (dett.) | pene (om. est) *C* || 20 dispergam *V*, asp- *C* || 21 ut om. *C* || 26 inlices *W.*: indices *codd.*

CIPITEM DAREM grauior poena caecitatis, non prouidere quo cadas.

- 319 21 1 CETEROS RVEREM 'ruerem' actiuam uim habet: Sallustius in secundo (*Hist. II fr. 101 M.*) 'ictu eorum, qui in flumen ruebant, necabantur'. ruere autem est toto corpore niti ad impellendum, quod faciunt qui ipsi praeципites alios prosterunt. inde sues ruere dicuntur: Vergilius (*Geo. III 255*) 'ipse ruit dentesque Sabellius e. s.' et Horatius (*Ep. II 2, 75*) 'hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.' 2 TVNDEREM ET PROSTERNEREM uide 10 quam fortis sibi uidetur, qui dolet et irascitur. 3 AGEREM prosequerer, premerem, ut Vergilius (*Aen. V 265*) 'cursu palantis T. ag.' et (*Aen. IV 245*) 'agit uentos', id est nimia celeritate prosequitur et paene occupat praeuenitque.
- 321 23 1 EGO SVM SOSTRATA haec ideo inducuntur, ut 15 ueri simile sit supra non uisam Sostratam, quando etiam nunc uix agnoscitur ab irato. 2 TE IPSAM <QVAERITO TE> EXSPECTO OPPIDO OPPORTVNE incerta distinctio, utrum 'te exspecto oppido' <an 'oppido' opportune' sit dicendum. 3 An exspectare impatienter cupere et sine 20 praescriptione temporis, sperare iuxta certum tempus? unde apparet ad 'te exspecto', quia per se nimium est, non esse iungendum 'oppido'.

- 323 25 QVID FESTINAS MI GETA Probus personae assignat hoc Sostratae, Asper non uult ad omnia seruum responderet, sed nutricem putat hoc loqui. 'festinas' autem perturbaris et commotus es.

1 <est> non praeuidere *V* (dett.) || 3 ruerem om. *C* || 5 <se> ruebant Maurenbr.; cf. Hauler, *Ephem. gymn. Austr.* 1894 p. 700; Maurenbr., *Burs. Ann. 113 II* p. 270 || 6 niti] uti *C*, (ante corr.) *V* || 9 furit *C* || 13 id est <ut> *C* || 14 persequitur *C* || 17 uix nunc *V* || 18 OPPIDO OPPORTVNE om. *C* | incerta—opportune om. *C* || 19 an oppido add. *W.* | sic *C* || 20 expectare <sit> *V* (dett.) || 23 non <est nec>esse *C* | oppido *V*, -dum *C* || 25 seruum] Sostratam Westerh., eram Smutny, utrumque male; nam ad omnia Geta responderet, si Sostrata totum hoc QVID FESTINAS—RECIPE diceret || 27 es *W.*: dixit *V* (dett.), om. *C*

- 324    26 1 PRORSVS apta *νόμυματα* fesso et anhelanti ob perturbationem et contentum cursum. 2 ANIMAM RECIP<sup>E</sup> quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex uerbis Sostratae ostenditur in Geta. nam ideo dicitur 'animam recip<sup>E</sup>', quod ille prae anhelitu crebriora uerba continuare 5 non possit. 3 PERIMVS ACTVM EST iam bina uerba iunguntur. 4 PERIMVS ACTVM EST uerba sunt desperationis, nam 'actum est' dicitur in ea re, de qua iam sit lata sententia.
- 325    27 1 ELOQVERE OBSECRO TE bene 'eloquere', nam 10 conatur tantum, quod nec explicatur nec intellegitur; cui uitio contraria uirtus est eloquentia. 2 Iam hic plus gestu quam dictu agitur, quia, ut supra (*ad v. 26*) diximus, et lassus est qui nuntiat et integratur dolor nuntii, cum apud illam loquitur, ad quam maxime calamitas pertinet: 15 quo dolore uox plerumque subtrahitur atque singultit. 3 *Et* simul dat iam signum perditarum rerum.
- 327    29 1 VAE MISERA<sup>E</sup> MIHI interponitur mulieris affectus nouo nuntio.
- 326    28 ALIENVS EST A NOSTRA FAMILIA bene 'alienus': 20 Getae enim ipsi iam dominus, Sostratae gener, Pamphilae maritus uocabatur.
- 327    29 2 AMARE OCCEPIT ALIAM peius est 'amare occipit' quam 'amat'; nam in eo quod dixit 'occipit' augmenta mali metuenda sunt, ut in principiis quae auctum recipiunt non statim imminutionem spectant. 3 *Et* OCCEPIT magnum facinus dixit.
- 328    30 1 AB LENONE IPSVS ERIPVIT sic nuntiat, ut ultima peiora sint. 2 *Et* his argumentis uult probare, quod

1 proprius C | apta *νόμυματα* W.: acta commota codd. || 3 quod — 5 recipe om. C || 5 quod] quis V (dett.) | pro C || 6 schol. 26, 3 exhibent dett., om. CV || 8 nam] iam C || 15 ad quam] et tua C || 16 quo] et C | singultus codd., corr. Steph. || 21 ipse enim getae V || 23 peius est amare occipit om. C || 25 sunt] significat V (dett.) | actum codd., corr. W. | recipient Schoell: respi- ciunt codd. || 26 nam C | statu in munitione inspectat C, statum munitione expectant V; corr. W. duce Steph. || 29 Et ed. pr.: in C, ut V (dett.) | his om. C | quod ed. pr.: quidem C, quid nisi V (dett.)

immodice amauit Aeschinus et paene plus quam amauit uirginem; nam pudori qui non consultit, amat. quis autem magis potuit impudens esse, quam qui post honestum amorem 'ab lenone' amet? hoc enim significat mere-tricem. 3 Ergo non 'honestam' sed 'ab lenone', non 5 'per alium' sed 'ipsus', nec 'emit' aut 'abduxit' sed ob impatientiam ualde amantis 'eripuit', neque id 'occulte', ut qui celaret factum, tamquam satisfacturus uxori ui-deretur, sed 'palam'.

329 31 1 SATIN HOC CERTVM EST magnis malis non statim 10 creditur. hoc ergo ex dolore dixit, quod stupet audiens, non quia non habet fidem.

328 30 4 AB LENONE IPSVS ERIPVIT sic nuntiat, ut ultima peiora sint (= 30, 1).

329 31 2 HISCE OCVLIS *λδιωτισμός* asseuerantis. 3 AH 15 interiectio est flentis.

330 32 1 ME MISERAM QVID IAM CREDAS mira affectio, nam lacrimae non sinunt finiri sensum. 2 QVID CREDAS AVT CVI CREDAS fides aut personae qualitate seruatur, si grauis persona est cui creditur, aut ipsius rei qualitate, 20 si ea res creditur, in qua fallere cui creditur aut non debet aut non potest. hic ergo mire in utroque dixit iam fidem nullam esse: et in persona et in re. quod etiam Vergilius transtulit breuiusque dixit (*Aen. IV* 373) 'nu-  
quam tuta fides', hoc est nec in re nec in persona; et 25 hic ipse in Heautontimorumenō (*II* 3, 15) 'pro Iuppiter, ubinam est fides?' 3 NOSTRVMNE AESCHINV M NOSTRAM

1 modice *V* (dett.) | et paene] qui *V* (dett.) | amauit *om.*  
*V* (dett.) || 2 nam pudori (-r *C*) qui non *C*, cod. *Cuiac.*, id ipsum quod pudor nec hortatur nec *V* (dett.) | quis dett., qui *C*, ecquis *V* || 3 potuit magis *V* || 4 <et> hoc enim *C*, hoc <et> enim *V* (dett.) || 6 ipse *C* || 7 nec idem *C* || 8 tamquam *om. C* | uideretur *om. V* || 10 SATIN—EST] scisne hoc certo *V* (sim. dett.) || 15 *λδιωτισμός* Steph.: \*\*\*\*\* *C* (dett.), uerba sunt haec *V*; *πλεονασμός* Serv. *Aen. I* 208; cf. *Don. Hec. III* 3, 3 | ahah *V* || 20 credatur *V* (dett.) | aut — res creditur *om. C* || 22 potest... debet *V* (dett.) | iam dixit *V* || 26 pro] o *Ter.* ||  
27 -NE *om. V*

- VITAM ο. ἐλλειπτικῶς omnia, quia fletus impedit uerba.  
deest autem 'hoc fecisse' uel tale quid.
- 331 33 SITAE ERANT 'sitae' positae; nam situm est, quicquid in loco suo positum non euertitur.
- 333 35 1 QVI SE IN SVI GREMIO POSITVRVM PVERVM 'puerum' 5  
dixit si puer nasceretur, non quia diuinabat. ad uotum  
ergo cupientis rettulit 'puerum', non quia necesse erat  
marem nasci. 2 Et haec omnia magno stupore dicuntur  
ad exaggerandam perfidiam illius cui creditur et dolorem  
eorum qui crediderunt. 10
- 335 37 1 ERA LACRIMAS MITTE AC POTIVS QVOD AD HANC  
REM OPVS EST hinc Vergilius (*Aen. XII 156*) 'non lacrimis  
h. t. a. S. I'; sentit autem non lacrimis agendum,  
ubi consilio est opus. 2 PORRO PROSPICE 'porro' in re-  
liquum, deinde uel in futurum. porro enim ordinis et 15  
temporis aduerbiū est, non coniunctio.
- 336 38 1 AV MI HOMO SANVSNE ES hoc ex persona nutricis  
legendum est: illa enim dissimulandam rem putat. 2 MI  
pro meus.
- 337 39 AN HOC PROFERENDVM TIBI VIDETVR <\*\*\*\*\*> 20
- 340 42 1 TVA FAMA ET GNATAE VITA tibi enim criminis  
erit uitiatam esse filiam, illi uero etiam oberit. 2 Et  
utrum 'uitam' salutem dicit? 3 IN DVBIUM in periculum.
- 341 43 FATEATVR uitiasse filiam. et complexio est δι-  
πλευρος oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium 25

1 o del. C, om. V | ellipticos V (dett.), \*\*\*\*\* C || 2 quid  
tale V || 3 SITAE ERANT] se—puerum (= v. 35) C || 4 in om. V  
(dett.) | positum om. C || 5 QVI—PVERVM hic om. C || 6 dixit  
om. C | diuinabat—quia om. C || 7 esset V (dett.) || 8 nasci  
om. C || 9 exaggeratedum C || 11 MITTE AC] hoc C | quod ad  
honorem C, ad hanc rem quod V || 13 sentit] sciunt C ||  
14 ubi] cui C | opus est V (dett.) || 15 uel deinde C | in fu-  
turum <accuius in clitemestra> (post 4 Vergilius leguntur) C ||  
16 non] et C; cf. *Hec. III 1, 20* || 18 est om. C || 20 proferen-  
dum hoc V | lac. sign. Klotz || 21 uitam C, uita <scilicet> V ||  
22 et unam salutem utrum dic C || 24 est om. V | dipleuros  
V, dep \*\*\* C || 25 in qua utrum Steph.: in quantum C, et  
qua quod V | concesseris W.: senseris codd.; cf. *Cic. de inv.*  
*I 29, 45; Rhet. l. m. 233, 10; 414, 9* | contrarium om. V

tollis  
tace  
perso  
mons  
quasi  
fieatio  
male  
poeta  
turba  
nil  
47  
2 Et in  
secunda  
4 E  
guimus,  
48  
potest.  
(Hec pr  
3 <  
virgo q  
at res.  
1 tol  
V (dett.)  
pro qua  
struere V  
5 quia e  
leto rea  
et in mg.  
fazit V (d  
mod C  
W. | d  
(dett.) | pa  
<ed pro  
gundum  
C | 22  
ubere p

tollis cogiturque quod ex altera parte sit, hoc est tacere.

342 44 <sup>†</sup>QVAPROPTER QVOQVO PACTO<sup>†</sup> congrue et pro persona et pro muliere et in malis constantem esse demonstrat.

343 45 NON FACIAM 'non faciam' dixit pro 'non tacebo', quasi tacere actionem aliquam habeat. sed moralis significatio est et communis omnibus, sicut aduocatum dicimus male fecisse, quia tacuerit.

344 46 1 PEIORE RES LOCO NON POTEST ESSE satis argute 10 poeta facit inter Getam et Sostratam sententias ex perturbatione nutare. 2 QVAM IN QVO NVNC SITA EST causa nihil timendi.

345 47 1 PRIMVM INDOTATA EST ratio subiecta est causae. 2 Et 'indotatum' modo pauperem dicit. 3 TVM QVAE 15 SECVNDA EI DOS ERAT uidelicet 'pro virgine dari nuptum'.

4 Et incerta distinctio est; etenim 'erat' <si> distinguimus, bis audiendum 'pro virgine dari nuptum'.

346 48 1 NON POTEST iungemus 'dari nuptum <non potest'. 2 PRO VIRGINE DARI NVPTVM id est uirgo, ut 20 (Hec. prol. I 5) 'nunc plane est pro noua' id est noua.

3 <An> nec uirgo nec pro uirgine potest nubere? nec uirgo quia uitiata est, nec pro uirgine quia diffamata est res.

1 tollas C | cogerisque V (dett.) | fit C | hoc conticere V (dett.) || 3 schol. pertinet ad AH MINIME GENTIVM NON FACIAM | pro] qua C || 4 et 2.] hoc dictum est eamque V (dett.) | demonstratur V (dett.) || 7 aliquam actionem V || 8 sicut] cum C || 9 quia ex quod corr. C, cum V (dett.) || 10 RES — ESSE] nunc loco res potestas se C, res loco esse non potest V || 11 respondit et in mg. al' facit C, hic om. V (dett.) || 12 nutare Steph.: mutare C, facit V (dett.) || 14 causae Steph.: causa C, cum V (dett.) || 15 tunc quod C || 16 dos ei V | uidet dari pro uirgine V || 17 si add. W. | distinguimus om. V (dett.) || 18 audiendum <est> V (dett.) | pro uirgine dari] dari autem V (dett.) || 19 iungendum <sed pro uirgini> V (dett.) | non — NVPTVM add. W.; distinguendum est unde pro uirgine inser. V (dett.) || 21 est 2. om. C || 22 An add. W. (aut Steph.); hec ergo inser. V (dett.) | nubere potest V | nec] non V (dett.) || 23 res diffamata est V

- 347      49 1 SI INFITIAS IBIT si negabit. 2 TESTIS EST  
MECVM ANVLVS *(noua)* locutio, hoc est: pro me testis est.  
3 *An 'testis est' mecum' hoc <est>*: testes sumus?  
sed melius quod supra.
- 348      50 POSTREMO QVANDO EGO CONSCIA SVM M. 'quando' 5  
pro quoniam uel quandoquidem.
- 349      51 1 NEQVE REM VLLAM hoc est internuntium, pactum,  
donum aut promissum. 2 *Et* bene totum exsecratue  
dixit, ut alii *<a tali>* facinore abhorreant. 3 ILLA filia  
scilicet.
- 350      52 1 EXPERIAR apud iudices agam. 2 QVID ISTIC  
uerbum est aegre consentientis, quasi qui dicat: quid istic  
resistam? 3 ACCEDO VT MELIVS DICAS hoc est: ut con-  
sentiam, ueluti melius potens sis dicere. 4 QVANTVM  
POTES deest 'cito', ut sit: quantum potes cito abi. 15
- 351      53 1 ATQVE HEGIONI apud Menandrum Sostratae frater  
inducitur. 2 HVIVS filiae sua scilicet.
- 352      54 1 SIMVLO nomen patris puellae est, diminutium  
a Simo uel a Simone. et nota nomen in palliata fabula  
Latine diminutum. 2 SIMVLO FVIT SVMMVS 'summus' an 20  
ad cognatum an ad amicum refertur? an absolute, ut in  
Eunacho (*II 2, 39—40*) 'plurima salute Parmenonem  
sumnum suum impertit Gnatho'? 3 ET NOS COLVIT  
MAXIME miserabilius 'coluit' quam si diceret 'colit'. Ver-  
gilius (*Aen. IX 300*) 'per caput h. i., p. q. p. a. s.' colere 25

1 inficiabit C || 2 noua add. W | *<haec sic capienda est>*  
hoc est *<anulus>* V *(dett.)* || 3 *An testis est add. W | mecum*  
hoc est W.; hoc mecum C, uel sic anulus mecum V *(dett.)* ||  
5 postremum C | mihi sum V *(dett.)* || 6 quoniam] quam C |  
quando *<pro>* quidem V *(dett.)* || 8 donum V, domi C || 9 a  
tali add. W; a *ex cod. Huls. suppl. Westerh.* || 11 istuc  
cod. || 12 agere C, *(ante corr.) V | qui Steph.: p. C, om.*  
*V | istuc cod. || 14 ueluti C, cod. Huls.*, uel ut V; uelut  
qui Steph. || 15 deest] id est V | ut — cito om. V<sup>1</sup> | potes cito]  
potest C || 18 simulus V | est om. V || 20 diminutium (*post*  
*simvlo*) C | an om. C || 21 absoluto C, -te *<ponitur>* V  
*(dett.)* || 24 maxime *<et>* codd. | miserabilius *<dictum est>* V  
*(dett.)*

autem et maioribus et minoribus conuenit, ut (*Verg. Aen. I 16*) ‘posthabita coluisse Samo’.

353   **55** 1 nos monosyllabo finit exprimens uultuosam pronuntiationem. 2 TV MEA CANTHARA tristis ac seriae feminae blandimentum est ‘mea’ magis quam pronomen possessuum. deest enim ‘cara’ uel quid tale, quod additum pronomen faceret ‘mea’.

354   **56** 1 CVRRE mire dictum aniculae ‘curre’. 2 VT CVM OPVS SIT hoc est: cum adesse cooperit partus. 3 NE IN MORA NOBIS SIET *(bona)* locutio.

## 3.

355   **1** DISPERII CTESIPHONEM AVDIVI FILIVM hic ostenditur, quod seueri homines ac recti et honesti tenaces uel ridiculi sint uel odio habeantur, quoquo accesserint. magno autem affectu et quasi exclamans addidit ‘filium’, quasi causam redderet, cur dixerit ‘disperii’.

356   **2** VNA FVISSE IN RAPTIONE CVM AESCHINO olxrovoula, in qua ostenditur, quantum commouebitur Demea ipsa re comperta, cum ex parua rei suspicione tantum se afficiat. raptio autem ad personam refertur, rapina ad rem, raptus ad stuprum, si proprie uolumus loqui.

357   **3** 1 ID MISERO RESTAT bene ‘restat’, tamquam iam summum mali sit Aeschinum esse corruptum. 2 Et ‘misero mihi’ quasi qui nihil nesciat nihil curante Micionem.

3 SI ILLVM POTEST non dubitat uelle et ideo ‘potest’ dicit.

1 et 1.] in C || 3 monosyllabo V, monosyllaba C | finit om. C | uultuosam exprimens V (dett.) || 4 tristis] obstetricem ne in mora nobis sciet C || 5 mea om. C | magis] potius V (dett.) || 6 quo addito V (dett.) || 7 faceret] stararet V, sonet dett. || 8 dictum *(est)* V (dett.) | ancillae (-a C) codd., corr. Teuber | vt om. C || 9 hoc est om. C | partus] pater C || 10 sies C | bona add. Schoell | locutio *(qualis supra)* V (dett.) || 13 sunt codd., corr. W. || 14 exclamantis V || 15 causa reddetur C || 16 oeconomia V (dett.), \*\*\*\*\* C || 21 misero id restat C || 23 nesciat] sentiat V (dett.) || 24 dicit potest V

- 358     4 1 QVI ALICVI REI EST recte, de hoc enim supra dixit (*I 2, 14—15*) ‘non fratrem uidet rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?’ 2 ETIAM EVM AD NEQVITIAM ADDVCERE quasi inuitum dixit non ‘uocare’ sed ‘adducere’. ducimus enim etiam orantes, adducimus in uitos. nequitia autem proprie libidinosa inertia dicta est, quod nihil queat nullique rei apta sit. *unde et nugae, quod nihil agant uel a non agendo.*
- 359     5 1 VBI EGO ILLVM QVAERAM C. A. non ‘isse’ eum dicit sed ‘abductum’ esse, ut adhuc culpa non sit illius. 10 2 IN GANEVM ‘ganeum’ ueteres tabernam meretricum dixerunt ἀπὸ τῆς γαλας, τοντέστι γῆς, eo quidem quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius. *unde et taberna quasi trabena a ualidioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt.* 15
- 360     6 1 PERSVASIT ILLE IMPVRVS suademus facilia, persuademus difficultia. 2 *Et* suadere facientis est, persuadere perficientis. 3 ‘Impurus’ pro improbo ponitur apud Terentium. 4 *Et* hic quoque excusata uoluntas est Ctesiphonis, cui a maiore fratre et improbo ingestra sit 20 persuasione nequitia.
- 361     7 1 SED ECCVM SYRVM IRE VIDEO ‘ire’ et abire et uenire significat. 2 IRE VIDEO ‘ire’ pro uenire, ut (*Verg. Aen. VI 392*) ‘nec uero Aeacidem me sum l. e.’
- 362     8 1 ATQVE HERCLE HIC DE GREGE ILLO EST figura 25 ἐπανάλημψις. 2 DE GREGE ILLO EST ordo uel bonorum
- 1 alicuius *V* (*dett.*) | enim de hoc *codd.*, *corr. Schoell* || 2 dicit supra *C* || 5 orantes *C*, *cod. Ouiac. et Huls.*, uolentes *V* (*dett.*) || 6 *(et)* inertia ducta (*om. est*) *C* || 7 queant et apti sunt *C* || 8 a om. *C* || 9 c. a. om. *C* | *isse* eum dicit *W*: *is secundus C*, || *is* (*inisse dett.*) dicit *V* || 10 adductum | *ut W*: *et C*, *quasi V* (*dett.*) || 11 ganeum post ueteres *V* (*dett.*), *om. C* | meretricum tabernam *V* || 12 ἀπὸ τῆς αἵρεσ (corr. *Sabbad.*) τοῦτο ἔστι γῆς *M<sup>4</sup>* (*ἀπὸ τῆς γῆς ed. pr.; ἀ. τ. γῆς τοντέστι τῆς γῆς Steph.*): \*\*\*\*\* *CV* | *eo quidem W*: equidem *C*, *om. V* (*dett.*) | *ipse C* || 13 et *om. V* || 14 trabena *Steph.*: trabea *V* (*dett.*), in trabea *C* || 16 persuasisse *C* || 19 est uoluntas *V* || 24 Alciden *Verg.* || 25 hic *om. C* | *est post figura C* || 26 ἐπανάλημψις *Lindenbr.*: \*\*\*\* *V*, *om. C* | *bonorum*] seruorum *C*

uel malorum dicitur et grauim, ut equester ordo, senatorius ordo; grex uel bonorum uel malorum et leuium est, ut Cicero (*in Catil. II 10, 23*) ‘in his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique uersantur’.

363    9 1 QVAERITARE instanter quaerere.    2 CARNIFEX 5  
pro ganeo positum est.

364    10 NON OSTENDAM ID ME VELLE scilicet ‘scire ubi siet’.

365    11 1 QVO PACTO HABERET ENARRAMVS ORDINE hoc recte, quia dixerat Micio (*I 2, 73—74*) ‘nisi quicquid est uolo scire atque hominem conuenire, si apud forum est’.<sup>10</sup>

2 ENARRAMVS pro ‘enarrauimus’, ut (*Verg. Aen. III 3*) ‘omnis humo fumat N. T.’    3 Et ORDINE bene, quia simpliciter fatetur. fallax autem et captiosa narratio est, quando timemus fateri.

366    12 NIHIL QVICQVAM VIDI LAETIVS quartum παρέλκον. <sup>15</sup>

367    13 1 HOMINIS STVLTTIAM scilicet quia laetatur ignorans ‘ubi Aeschinus siet’ (*I 2, 2*).    2 COLLAUDAVIT FILIVM plus est: non solum non accusauit, sed et ‘collaudauit’.

369    15 1 DISRVMPO R mire: his enim uerbis commouetur ‘collaudauit’ et ‘egit gratias’. et uide αὐξησιν stomachi reseruatam.    2 ARGENTVM ENVMERAVIT contra illud est (*I 1, 37*) ‘cur tu his rebus sumptum sugeris?’    3 Et non solum inquit ‘annumerauit’, sed quod peius est ‘ilico’.

371    17 ID DISTRIBVTVM SANE EST EX SENTENTIA ‘distributum’ in diuersa tributum, hoc est dispartitum per pul-<sup>25</sup> mentaria.

372    18 HVIC MANDES SI QVID RECTE CVRATVM VELIS εἰρο-

1 <grex> dicitur *V* (dett.) || 2 <etiam> grex *V* (dett.) | uel bonorum *om.* *V* (dett.) | uel malorum *om.* *C* | et leuium *Steph.*: uel (*sic et cod. Cuiac.*) lenonum *codd.*; et leuiorū *Schoell* || 3 bonis *deest ap. Cicer.* || 4 aleatores <omnes adulteri> *Cic.* || 7 me id *C* | sit *V* (dett.) || 8 <se> haberet *V* (dett.) || 9 certe *C* || 11 <et> enarramus *V* (dett.) || 13 fallax autem] quia fallax *C* || 14 quando *W.*: quod *codd.* || 15 quantum pareleon *V* (dett.), \*\*\*\*\* *C* || 16 ignorans *om.* *C* || 17 sit *V* (dett.) | plus <additum> est non <enim> *V* (dett.) || 18 non *om.* *C* || 19 enim his *C* || 20 auxesim *V* (dett.), *om.* *C* || 23 enumerauit *V* (dett.) || 25 est *om.* *C* | dispartitum *V* || 27 ironia *V* (dett.), \*\*\*\*\* *C*

*vela* est maioris stomachi, quia ille dixit 'ex sententia distributum', id est, ut iudicat Demea, non distributum <sed> dilapidatum. sic alibi (*Phorm. II 1, 57*) 'columen familiae, bone custos, salue'.

373 19 1 HEM DEMEA 'hem' interiectio est commoti et 5 quasi perculti re subita et noua. 2 QVID AGITVR blan-  
dientis est, non interrogantis, ut alibi (*V 5, 4*) 'o noster,  
quid fit? quid agitur?'

374 20 1 NEQVEO MIRARI SATIS mira sunt etiam illa,  
quae uehementer praua sunt, et ideo 'mirari' pro horrere 10 ac reprehendere positum est. 2 Et RATIONEM ἴδιωτικῶς  
dixit malam, cum non sit ratio nisi bona. sed sic loqui-  
tur populus.

375 21 1 EST HERCLE INEPTA hoc ad senem. 2 NE  
DICAM DOLO ne mentiar, hoc est quasi ex contrario dicere 15 uidear, sed ut sedulo dicam. 3 ATQVE ABSVRDA ineptum  
est stultum tantum, absurdum quod et stultum est et in ipsa stultitia diuersum et quasi repugnans sibi. sic  
ergo locutus est, ut uideatur ineptam rationem ad  
Aeschinum referre, absurdam ad Micionem, quem iam 20  
stultum fieri <non> contrarium senectum est.

377 23 1 CONGRVM ISTVM MAXIMVM διαστολή, quia erant  
alii non maximi; ut e contrario (*Verg. Geo. II 99*) 'argi-  
tisque minor', quia est et maior. nam 'istum' quod ait  
δεικτικόν est; uidetur enim ostendere digito, quem dicat. 25

2 IN AQVA SINTO LVDERE PAVLISPER sic ostenditur bene  
obsonasse, qui uiuos attulit pisces; nam non ludit piscis  
nisi uiuus.

2 iudicat Klotz: inducat C, indicat V (dett.) || 3 sed add.  
W. | bone custos, salue, columen uero familiae Ter. || 6 per-  
cussi (*ante corr.*) C || 7 est om. C || 8 o noster om. V ||  
10 parua C || 11 ἴδιωτικῶς Steph.: \*\*\*\* C (dett.), rationem V ||  
12 sic] nunc C || 14 est om. C || 15 quasi ex] et quasi C, ex V  
(dett.) || 16 uidear om. C || 17 quia C | est om. C || 18 sic — est  
om. C; delendum? || 20 referre post Micionem C || 21 fieri stultum  
V | non contrarium Schoell; consentaneum Westerh. || 22 δια-  
στολή — 24 ait om. C | diastole L, diascole V || 25 dicticon codd. |  
quem dicat om. C || 27 obsonans se codd., corr. ed. pr. | piscis om. C

379 25 1 PRIVS NOLO superbe et pro auctoritate non dixit 'non oportet' sed 'nolo'. subauditur autem 'purgari eum'.

2 Et nihil ex mora corruptelae accessurum pisci ex eo ostendit, quod ait 'ludere', hoc est et uiuere et non laesum uiuere; non enim dixit 'natare', quod possunt etiam languidi pisces. ipse etiam planum fecit, quid sit 'purga' dicendo 'exossabitur'. 'purga' igitur exossa significat, non ut quidam putant 'exossabitur' comedetur. 3 MIHI QVIDEM NON PLACET rursus hoc ad senem. et uide quam totum superbe et confidenter dixerit ob amicitiam omnium 10 dominorum excepto uno Demea, quem tam de illis contemnit.

380 26 1 SALSAMENTA hoc ad discipulum. 2 SALSAMENTA aut salsi pisces aut lardum. 3 SALSAMENTA HAEC STEPHANIO in tota comoedia opera danda est, ut stomachetur 15 Demea, excepto quod se ipse in fine commutat. haec ergo causa est, quare Syrus quoque illi obicitur magnifice inferens se ut luxuriosum licentemque seruum, prae- 20 sertim qui adolescentum paedagogus fuerit.

382 28 1 VTRVM STVDIONE aut ordo est 'utrumne' aut 20 est παρέλκον tertium aut uero per ἔλλειψιν accipitur, quasi dicat 'utrum est?' aut 'utrum uerum est?' quod qui accipit, 'utrum' subdistinguat et separat a sequenti- 25 bus necesse est. 2 VTRVM STVDIONE aut 'utrum' super- uacuum est aut 'ne' aut certe τυῆσις figura est pro 'utrum ne'. 3 STVDIONE ID SIBI HABET si sciens laedit filium?

4 LAVDI PVTAT quia decipit.

1 uolo *V* || 2 non *om.* *V* | sed nolo subauditur *V*, sub- audiatur nolo *C* || 4 est *om.* *C* || 5 etiam possunt *V* || 6 etiam] insuper *V* (*dett.*) || 8 ut *om.* *C* || 9 rursus *Rabbow*: plus *codd.*; cf. *schol.* 21, 1 || 10 dixerit *om.* *C*; *del.?* || 11 tam] tamen *V*; tantum *edd.* || 14 pisces ⟨sunt⟩ *V* (*dett.*) | SALSAMENTA *om.* *C* || 18 se *om.* *C* || 19 fuit *C* || 20 -NE *om.* *C* | aut est parecon ter- tium *V* (*dett.*), autem \*\*\*\* *C* || 21 elipsim *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* || 22 aut] ad *C* | uersum *codd.*, corr. *Steph.* || 23 utrum ⟨studione⟩ *V* (*dett.*; corr. *Steph.*), *om.* *C* || 24 necesse est *om.* *C*; *del.?* | VTRVM STVDIONE *om.* *V* (*dett.*) || 25 τυῆσις *Steph.*: \*\*\*\* *codd.* | ne utrum pro *C* || 26 habet ⟨studio⟩ *C* | laedit *C*

383    29 1 SI PERDIDERIT GNATVM et magno affectu non dixit 'Aeschinum' et mire non addidit, cuius gnatum.

      2 VAE MISERO MIHI hoc est quod supra dixit (*I 2, 57*) 'aegre est, alienus non sum'.

384    30 VIDERE VIDEOR IAM DIEM ILLVM 'illum' dixit quasi 5 quendam tristem ac funestum.

*ad Ph. 339  
of Vahl. Enn. proth.  
XXIV*    32 NON QVOD ANTE PEDES MODO EST VIDERE hoc sumpsit poeta de illo in physicum perulgato ancillae dicto (*Ennius, Iphig. 8 Rabb.<sup>3</sup>; scen. v. 244 V.<sup>2</sup>*) 'quod ante pedes est, non uident: caeli scrutantur plagas'. 10

387    33 SED ETIAM ILLA QVAE FVTVR A SVNT magis ridicula est assentatio, si quis maxime laudetur quibus maxime caret.

388    34 QVID ISTAEC IAM PENES VOS PSALTRIA EST dicendo 'istaec' ostendit iamdudum hac se indignari. 15

389    35 1 ELLAM INTVS ut (*Andr. V 2, 14*) 'ellum confidens catus'. 2 AN DOMI EST HABITVRVS proprie, quia haberi uxor dicitur et haberi mulier, cum coit. 3 CREDO VT EST DEMENTIA sic et in Eunicho (*III 3, 19*): et nominatiuus et septimus casus potest esse. si septimus, 20 subaudias 'praeditus' aut quid tale; sed melius nominatiuum accipimus casum.

390    36 1 INEPTA LENITAS PATRIS ET FACILITAS PRAVA 'lenitas' ad permittendum, 'facilitas' ad ignoscendum.

2 Sic quidam; sed ego lenitatem ad Micionem refero, 25 qui haec leniter patitur, facilitatem ad Aeschinum, cui haec per licentiam facilitas datur. prauum autem est

1 si om. C | et magno om. C || 7 ANTE — EST] est modo C || 8 in physicum *Lindenbr.*: in (om. C) syrum codd.; in Syrium (*sc. Pherecydem*) *Schoell* | permulgato *V* (dett.) | ancillae] *Achillae Schopen*, -llis *L. Mueller*, at cf. *Platon. Theaet. 174 A* 'θεραπευτίς'; *Vahlen ad Enn. || 10 uidet . . . scrutatur V || 16 ELLAM*] est iam (etiam C) codd. || 18 habere 1. *CV* || 19 Eunicho] eam se intendit esse ut est dementia add. *V* (dett.) | et nominatiuus casus esse potest et ablatiuus. si ablatiuus *V* (dett.) || 20 <sed> si C' septimus om. C || 21 subaudimus (*post tale*) *V* (dett.) || 23 PATRIS om. C || 24 <facultas uel (facili . i. C)> facultas *CV*, cod. *Cuiac.* || 26 patiatur C | facultatem *V* (dett.), cod. *Cuiac.* || 27 facultas *V* (dett.)

quod et ipsum laedit facientem, malum quod alios tantum.

391   **37** 1 FRATRIS ME QVIDEM PIGET PVDETQVE ‘pudet’ in his quae turpiter facit, ‘piget’ in his quae cum damno ac malo. 2 *Et pudere ad dedecus, pigere ad dolorem* 5 refertur. 3 *Pudet quod turpe est, piget quod dolet.*

392   **38** NIMIVM INTER VOS DEMEA μεταδιόρθωσις: nunc enim redditum est quod supra (*v. 31 sqq.*) debebatur. et praeterea repetendo ‘nimium’ confirmauit superius dictum et τὸ οὐεμένον soluit. 10

394   **40** 1 TV QVANTVS<QVANTVS> id est quantuscumque. 2 NIHIL NISI SAPIENTIA ridicule prius additum ‘nihil’ quam quicquam laudis nomine; deinde si ‘sapiens’ dixisset, non tanta esset irrisio. 3 Sed ὑπερβολή: stultus es.

4 NIHIL NISI SAPIENTIA ES ILLE SOMNIVM nec tu ‘sa- 15 piens’ sed ‘sapientia’, nec ille ‘somniculosus’, sed ‘sommium’: ὑπερβολή.

395   **41** 1 SINERES VERO ILLVM TVVM ab argumento fabulae (*cf. I 2, 28*) repetit ‘sineres’ nunc. 2 *Et εἰρωνικῶς* interrogat. 20

396   **42** 1 TOTIS SEX MENSIBVS ‘totis’ quasi longi sint. 2 Hoc est integris, ut ne unum quidem diem minus a sex mensibus sciatur, quid coepitur sit filius: nimis comica et moralis asseueratio.

397   **43** 1 QVAM ILLE QVICQVAM COEPRIT multum dixit et 25 ante sex menses et ‘olfecisse’ et ‘prius quam coe-

1 alilis C, (*ante corr.*) V || 3 <et> fratri C | mei C, mei me V (dett.) | pudet pigetque dett. cum Ter.; sic et scholiasta legit | pudet post 5 malo C || 5 *Et pudere*] pudere etiam V (dett.) || 6 est om. C || 7 μεταδιόρθωσις Lindenbr.: \*\*\*\*\* codd.; an ἐπιδ.? cf. Rhet. l. m. 72, 3 || 9 dictum et om. C || 10 TO CPEMANe non Lindenbr. (*ex cod. Cuiac.; corr. Westerh.*): \*\*\*\*\* a me non C, \*\*\*\*\* non V || 11 est om. C || 14 yperboles C, cod. Cuiac., \*\*\*\* V | es] est V (dett.), om. C || 16 <pro> sapientia C | nec om. C || 17 yperbole V (dett.), \*\*\*\* C || 18 VERO om. V || 19 sineres nunc] se nunc C, sinerem V (dett.) | et ironicos V (dett.), \*\*\*\* C || 21 totis — 23 mensibus om. C || 22 integri V; corr. Steph. || 23 scio C | quod CV

perit'. 2 <COEOPERIT> non 'olfecerit'. 3 Et totum ridicule; nam quid olfecisset, qui nondum quicquam scire coepisset cuiusque naribus nihil obiectum fuisse? nam ideo nares dictae a naritate, quia nos odoratu doceant praesto et prope esse, quod oculi adhuc non uident.

398 44 1 VIGILANTIAM TVAM TV MIHI NARRAS id est: quam maxime scio. 2 SIC SIET MODO VT NVNC EST non dicit qui. ergo respice ad argumentum (*I 2, 58sqq.*) et ridebis haec optantem Demeam.

399 45 VT QVISQVE SVVM VVLT ESSE ITA EST hae sunt 10 sententiae et semper hyperbolicae et pro personis ridiculae. Plautus in Milite gloriose (*I 68*) 'nimia est miseria, nimis pulchrum esse hominem'.

400 46 1 QVID EVM VIDISTIN HODIE 'quid eum?' initium interrogationis futurae de persona alicuius. sic in Heautontimorumenō (*V 1, 77*) 'sed Syrum — Quid eum?' 2 TVVMNE FILIVM hoc clare. 3 TVVMNE FILIVM moris est, ut qui cogitat quid respondeat, interrogatione remoretur.

401 47 1 ABIGAM HINC RVS ut pecudem dixit 'abigam', 20 non ut hominem 'mittam'. 2 ABIGAM hoc lentius.

3 Et 'abigam' dixit, unde abactores dicti. Cicero in Verrinis (*II, I 10, 28*) 'equarum greges istum abigendos curasse'. 4 IAM DVDVM ALIQVID RVRI hoc clare.

5 ALIQVID RVRI AGERE ARBITROR hoc plus est quam 'illie 25 esse': uult enim cum laude eius loqui, ut supra (*I 2, 15*) 'rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium'. 6 Et 'agere' proprie dixit, nam ab agendo ager dictus est, quod in eo multa agenda sunt.

1 COEOPERIT add. Schoell; cf. *II 2, 30<sup>2</sup>* || 2 qui nondum quicquam *V* (dett.), quia ille needum cepisset *C* || 3 cuiusque — fuisse om. *C* || 4 a naritate dictae <sunt> *V* (dett.) | praesto] sero *C* || 5 quod] ut *C* | adhuc oculi *V* || 7 modo — dicit om. *C* || 8 qui ed. pr.: quam *C*, quae *V* | ergo] sed *V* (dett.) | et ridebis om. *V*<sup>1</sup> | hoc *V* || 10 hec *C* || 11 sententiae sunt *V* | semper om. *V* | hyperbolice *V* -boles *C* || 14 uidisti *V* || 16 quidem (quidne *V*) meum codd. || 18 ut om. *C* | respondeat <et> *C* || 20 HINC sic et Ad. *IV 2, 14* || 22 abatores *V*, actores *C* | dicti <sunt> *V* (dett.) || 26 ut] et *C*

- 402     **48** QVEM EGOMET PRODVXI mutata praepositione non 'deduxi' sed 'produxi' dixit, id est porro duxi.
- 403     **49** METVI NE HAERERET HIC et haec translatio ut subleuat Ctesiphonem ita Aeschino inuidiosa est; nam haeret ausi non animo nec uoluntate, sed uisco decipientis 5 aucupis.
- 404     **50** 1 QVID AVTEM 'quid' quare uel ob quam causam. Vergilius (*Aen. I* 518) 'quid ueniant'. cui contrarium est idem significans 'id [quod] te oro' (*Andr. III* 3, 24).
- 405     **51** 1 NIHIL RETICVIT mirum enim minorem fratrem 10 non pepercisse maiori nec reticuisse quidquid erat opus.
- 407     **53** 1 COEPIT CLAMARE ηθινῶς totum, et 'coepit clamare' et quod sequitur.
- 404     **50** 2 ADORTVS EST IVRGIO aggredimur de longinquo, adorimur ex insidiis et ex proximo. nam adoriri est 15 quasi ad aliquem oriri, id est exsurgere.
- 405     **51** 2 DE PSALTRIA ISTAC hic mire senem imitatus est et memoriter, quia ille dixerat (*v. 34*) 'quid? istaec iam penes uos psaltria est?'
- 406     **52** 1 INTERVENIT HOMO DE IMPROVISO interuenire 20 est in medio negotio quasi ex insidiis superuenire et opprime in ipso actu eos, qui rem celatam uellent. 2 *Et* uide, quam oratorie narret gestionem rei, quae numquam facta sit; his enim fides fit.
- 407     **53** 2 AESCHINE HAECINE FLAGITIA FACERE TE a per- 25 sona accusatio. et uide pondus in nomine Aeschini.
- 408     **54** 1 HAEC TE ADMITTERE αὐξησοις, nam plus est 'ad-

1 perduxi *V*, duxi *C*; cf. *etiam IV* 2, 21 || 2 perduxi *V* | dixit id est] et *C* || 5 ausi non animo nec *Lindenbr.*: aumo non non a *C*, non animo nec *V* (*dett.*) || 8 ueniat *CV* || 9 idem significans *cod.* *Cuiac.*, id est significat *C*, *cod. Huls.*, in significatione *V* (*dett.*) | quod *secl. W.*; cf. *schol. ad Andr. l.* || 10 minorem enim *C* || 12 ethicos *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* | clamare *quam* *C* || 14 iurgio est *V* || 23 narratore *C* | quae] quia *C* || 24 is enim fides sit *C* (*corr. Steph.*), *om. V* (*dett.*); cf. *infra* || 25 AESCHINE *om. C* | te *<et>* *C*, te *<fides est et>* *V* (*dett.*); cf. *supra* || 26 accusatio a persona *V* (*dett.*) || 27 *TE om. V* | auxesis *V* (*dett.*), *om. C* | est *om. C*

mittere' quam 'facere'. 2 HAEC TE ADMITTERE INDIGNA pronum est haec statim credere Demeam de eo, quem et superius (*I 2, 14—15*) laudauerit 'non fratrem uidet rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?', unde mira poetae arte et initia et media et postrema sibi congruunt 5 atque respondent.

409 55 LACRIMOR PRAE GAVDIO immoderata laetitia et maxime parentum lacrimas habet. recte ergo additum 'gaudio', quia solum 'lacrimor' maerorem significat.

410 56 NON TV HOC ARGENTYM PERDIS SED VITAM TVAM 10 haec figura oratoria δεινότης dicitur; etenim ostenditur non esse mediocre quod factum est.

411 57 HVI quasi admiretur ipse, quae narrat.

412 58 1 SYRE PRAECEPTORVM PLENVS EST ISTORVM ILLE uide Demeam non desinere culpam Aeschini in Micionem 15 conferre, cum e contrario praceptorum suorum uult esse quod sapit Ctesipho. 2 Et ISTORVM quae dicis scilicet (*v. 56*) 'non tu hoc argentum perdis' etc. 3 PHI interieatio est mirantis.

413 59 1 DOMI HABVIT VNDE DISCRET id est te. 2 FIT 20 SEDVLO ηθυνας dictum est 'fit'. 3 Et SEDVLO sine dolo, id est instanter, quia neglegentes dolosi dicuntur.

415 61 INSPICERE TAMQVAM IN SPECVLVM VITAS HOMINVM IVBEO uidendum, an recte 'speculum' induxit, cum alienas uitias dicit inspiciendas esse; nisi forte hoc ad 25

1 quam facere om. C | TE om. V || 3 uidet fratrem V (dett.) || 7 lacrimor C (sic et schol. Pers. II 54), lacrimo V (dett.; codd. Ter.) | et moderata sententia C || 8 habet lacrimas <suas> Lact. Plac. ad Stat. Theb. V 728 | additum <est> V (dett.) || 9 quia] sed C | lacrimo solum V (dett.) || 11 δεινότης Steph.: \*\*\*\*\* CV | etenim W.: et unam C, et simul V (dett.) || 13 huic CV | quae] qui C || 14 ILLE iste C, om. V (dett.) || 15 demea C || 16 e Steph.: me C, more V (dett.) || 17 ISTORVM eorum V (dett.) | dicis Steph.: diis codd. | sed C, licet V (dett.), corr. Steph. || 18 <ut ibi> non V (dett.) | hoc om. V (dett.) | hui V (dett.) || 19 mirantis est V || 20 VNDE DISCRET om. C | <unde> id est V (dett.), inde C | te cod. Cuiac., de C, de quo V (dett.) || 21 ethicos V (dett.), om. C || 23 HOMINVM] omnium Ter. || 24 <utrum> uidendum V (dett.)

causam admouendi speculi, non ad effectum referemus.  
nam causa inspiciendi speculi emendatio est uultus,  
effectus formae per imaginem resultatio.

- 418   **64** 1 HOC LAUDI EST et HOC VITIO DATVR non philosophice, sed ciuiliter monet; non enim dixit 'hoc bonum est' sed 'hoc laudi est', nec 'hoc malum est' sed 'hoc uitio datur'. 2 Ergo ut idioticus et comicus pater, non ut sapiens et praeceptor.
- 417   **63** 1 CALLIDE callidus dictus est etiam qui exercet dolos. 2 Callidus dicitur, qui callum sibi usu artis induxit.
- 418   **64** 3 ISTAEC RES EST non quam rem gerit Micio; non enim utilem agit. et significat: hoc uerum est, hoc utile est.
- 419   **65** 1 PORRO AVTEM prope delinitus erat Demea contra institutum argumenti. artificiose igitur poeta subiecit ex persona serui, unde illum ad amaritudinem prouocet.
- 2 Et porro autem, at, uero et huiusmodi principia sunt narrationum, quibus superiora sequentibus conctuntur.
- 422   **68** 1 NAM ID NOBIS TAM FLAGITIVM EST non dixit 'peccatum' irridens senem, sed 'flagitium'. 2 Et quid est 'flagitium'? corrumpi pisces uel talia.
- 423   **69** QVOD QVEO quod possum. sed sic maluit dicere, ut, *cum* illudentem de sua arte fecisset Syrum, et hac re ostenderet nihil ab illo dici serio; 'quod queo' enim a coquendo παρόμοιο sumpsit. sic et infra (v. 72) 'sedulo moneo,

1 non — speculi om. C || 4 et om. V (dett.) || 6 laudi est  
laudatur C | est 3. om. C || 7 ut idioticus W.: uti d̄cūs C, ut  
idiota V (dett.) || 9 *nam* callidus V (dett.) || 10 callidum codd.,  
corr. Steph. usum V (dett.) || 13 enim om. C | est *et* hoc V ||  
17 illum om. C || 18 Et om. V (dett.) | at Steph.: aut V, adi C ||  
19 narratio C, -onum (ante sunt) V || 20 conuertuntur C || 25 cum  
add. Goetz | illudentem dett., (ante corr.) C, alludentem V  
(ex corr.) C, ludentem cod. Cuiac. (recte?) | *se* de V (dett.) |  
syrus codd., corr. W. | ostenderit C || 26 quod queo] coqueo C ||  
27 παρόμοιο Steph.: \*\*\*\*\* codd.

quae possum pro mea sapientia'. et Ciceronis dictum (*facect. 9 M.*) refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat 'tu quoque aderas huic causae'; nam apud ueteres coquus non per C litteram, sed per Q scribebatur.

424     **70** AD EVNDEM ISTVM PRAECIPIO MODVM arguta imitatio ad deridendum Demeam omnium, quae ille serio supra (v. 58) dixerat.     5

425     **71** 1 HOC SALSVM EST HOC ADVSTVM hoc coniuncte et contexte dicitur, quia non uicissim Syro assentatur senex.     2 LAVTVM lau< a >tum.     10

427     **73** PRO MEA SAPIENTIA διασνογτικῶς 'sapientia' dixit, quia condimenta gustu et sapore temperant coqui.

429     **75** INSPICERE IVBEO ET MONEO QVID FACTO OPVS SIET et hic 'speculum' non ad imaginem uultus, sed ad contutum contrapositae rei rettulit.     15

430     **76** 1 NOS QVAE FACIMVS non 'coqui' sed 'Micio Aeschinus et familia'.     2 An 'nos' pro domini posuit? an 'nos' pro ego? et hoc melius.     3 SENTIO cum dilatione et uultuose dicendum 'sentio'.

431     **77** 1 VERVM QVID FACIAS 'quid facias' pro: quid 20 faciat unus quisque scilicet.     2 VT HOMO EST ITA MOREM GERAS utrum seruis aptum prouerbium an amicis, ut (*Andr. I 1, 41*) 'obsequium amicos, ueritas odium parit'?

3 Et haec sententia modo uelut querela demissa uoce proferenda est.     25

432     **78** MENTEM VOBIS MELIOREM DARI πρὸς τὸ <numquid>

1 cicero codd., corr. Steph. || 2 refert V (dett.) || 5 istunc V (dett.) | argumentatio codd., corr. Steph. || 6 quod C | serio ille V || 8 hoc falsum hoc aduersum C | hoc om. V | contexte et coniuncte V (dett.) || 9 diuiditur C, dicuntur V (dett., qui supra hec habent); corr. W. | serio C || 10 lautum lautum C, om. V (dett.); corr. W. (cf. Ter. Eun. III 5, 44 et Prisc. G. L. II 459, 11) || 11 διασνογτικῶς Steph.: \*\*\*\*\* codd. || 12 condimentum V (dett.) || 13 siet] est C || 14 hic om. C || 15 composite C || 17 dominis C || 18 cum dilatione et om. C || 19 serio C || 20 quid facias om. C || 21 scilicet om. C (recte?) | es ita V, ita est C || 22 aptum prouerbium <sit> seruis V (dett.) | ut <est> V (dett.) || 26 πρὸς τὸ Steph.: \*\*\*\* codd. | numquid add. W.

uis' respondit agresti ueritate; nam respondendum erat 'recte' aut 'ualeas'. sed hic, ne uel abiens blandus esset, pro salutationibus ipsis amara supponit. et memento hunc etiam eudem insalutatum relinquere, qui adueniens paulo ante (*I 2, 1*) nec salutauerit nec resalutauerit fratrem. <sup>5</sup> 'meliorem' autem pro bona ac tolerabiliore posuit; non enim bonam credit, ut meliorem optet. sic et Vergilius (*Geo. III 513*) 'di meliora piis e. h. i.'

433 79 1 TV RVS HINC ABIS uult Syrus nosse, an eat.

2 NAM QVID TV HIC AGAS addidit hortatum, ut quam <sup>10</sup> primum abeat. 3 TV RVS HINC ABIS qui consuetudinis memor est, animaduertit has interrogationes non inquirendi causa poni, sed admonitionis loco esse apud eos, quos uelimus abscedere. sic igitur interrogat, ut hortetur, et sic pronuntiat, ut et fiat et amplietur, quod facit. <sup>15</sup>

435 81 QVANDO IS QVAM OB REM noua locutio 'is quam ob rem' pro: is propter quem. sic et alibi (*I 1, 24*) 'in eo me oblecto, solum id est carum mihi'.

436 82 1 ILLVM CVRO VNVM cum exceptione 'unum'. et tamen sic loquitur, ut appareat non posse illum sibi imperare obliuionem Aeschini. nam idecirco addidit 'quando ita uult frater, de istoc ipse uiderit'. 2 <QVANDO ITA VVLT FRATER DE ISTOC IPSE VIDERIT> amare cooperat et ideo tenet, nam (*I 2, 51—52*) 'ambos curare propemodum reposcere illum est quem dedisti'. <sup>25</sup>

438 84 SED QVIS ILLIC EST QVEM VIDEO PROCVL ESTNE HEGIO inuenta causa est, cur non abeat Demea propter

1 feritate *V* (dett.), *edd.*; *male*, *nam verus, non ferus est* ||  
 3 ipsas amaras *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 4 etiam hunc *V* (dett.)  
*insalutatos C* || 5 nec ante *C* || 7 sic et] sicut *C* || 9 nosse  
*esse C* || 10 tv om. *V* | *HIC AGAS*] *hinc abis C* | *hortando V* (dett.)  
*quam*] etiam *C* || 11 tv rvs] *supra numquid iturus C* || 12 es *V*  
*(dett.)* | *animaduertite C, -uerte V* (dett.); *corr. ed. pr.* || 14 interogabat *C* || 15 ampliet *C* (*corr. W.*), *approbetur V* (dett.)  
*facit*] *rogat Steph.* || 19 unum (*ante cum*) *V*, *uisum C* || 20 illum  
*non posse V* (dett.) || 22 isto ipso *V* | *QVANDO — VIDERIT add. W.* |  
*ceperat C, coepit V; sc. frater* || 24 *curare*] *amare C* || 25 est  
*illum V* | *dedisti. sed* *dedistis C* || 27 est om. *V*

reliquam fabulae partem, et simul *<ut>* aliud quod indignetur inueniat. bene autem dubitat esse familiarem ciuem ut multum absens a conspectu ciuium.

441      87 1 NE ILLIVS MODI MAGNA NOBIS CIVIVM PENVRIA  
EST 'ne' ualde; 'illius modi' cuiusmodi Hegio est *id est* 5  
*qualis.* 2 *Et magna oīnovouītē* senex laudatur, ut postu-  
lationi eius statim adsit fides.

443      89 HAVD CITO MALI QVID ORTVM EX HOC SIT PVBLICE  
utrum hoc optantis est, ne moriatur, an testimonium  
uitae hominis numquam obfuturi rei publicae? 10

444      90 VBI ETIAM HVIVS GENERIS *<RELIQVIAS>* id est pau-  
cos ac raros bonos; nam reliquias pro relicitis paucis-  
que dicunt. ideo et 'restare' dixit.

445      91 VIVERE ETIAM NVNC LIBET ex hac delectatione ostendit  
Demea et quam peccantibus sit amarus ac saeuus 15  
et quam facile huius incusationi tamquam graui testi-  
monio crediturus sit et quantum doliturus sit pro Aeschino,  
qui distat a talibus uiris.

## 4.

447      1 1 PRO DI IMMORTALES FACINVS INDIGNVM GETA haec  
scaena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis 20  
orationis et accusationem eius, quem laedere nolit ipse  
accusator, continet. 2 FACINVS INDIGNVM recte, indignum

1 partem fabulae *C* | ut add. *W.* | aliud *<additur>* *V* (*dett.*) |  
quod *C*, cod. *Cuiac.*, quo *V* (*dett.*) || 2 inueniat om. *V* (*dett.*) |  
esse familiarem *W.*: et familiam (-ia *C*) *codd.* || 3 ut *W.*: et  
*codd.* || 4 MAGNA — illius modi om. *C* || 5 est hegio *V* || 6 oeconomia  
*V* (*dett.*), \*\*\*\*\* *C* || 8 aut *C* | *cirro*] scio *V* (*dett.*) || 9 optan-  
dum *V* | testimonium *<est>* *V* (*dett.*) || 10 rei per *V*, re pu *C* ||  
11 id est] uel *C* || 13 dicunt] dixit *V* (*dett.*) | ideo et] .i. *C* |  
dixit] etiam dictum est *V* (*dett.*) || 14 lubet *V* || 17 sit pro] super  
*ed. pr.* || 18 distat a *C*, displiceat *V* (-cet *dett.*) || 20 erga de-  
fuctum *C*, circa definitam *V* (*dett.*) || 22 FACINVS INDIGNVM] in-  
dignum *C*, indignum facinus quod (quid *dett.*) narras *V* (*dett.*) |  
indignum facinus iam narrauit geta recte *C*, recte iam enim  
facinus indignum narrauit geta *V* (*dett.*)

facinus iam narravit Geta (*cf. III 2, 52*); non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda, quae dicta sunt. illud sane admirandum eiusmodi Hegionis uerba induci, qualia esse debuerunt tantum praelaudati uiri et eiusdem Hegionis amici Demeae.

5

448      2 QVID NARRAS mirantis est, non interrogantis.

449      3 1 O AESCHINE POL HAVD PATERNVM mira maturitas, in qua nescias, utrum magis iniuria facta orbae uirgini an Aeschinum peccasse plus doleat. seruatur enim in Hegione, quod et bonus uir sit et amicus. 2 TAM ILLI-  
BERALE FACTVM hoc est non odisse cui succenseas, laudare homines, factum reprehendere.

450      4 1 HAVD PATERNVM ISTVC DEDISTI deest ‘facinus’.

2 Et DEDISTI pro ‘fecisti’; sed sic dicitur in re magna, ut (*Verg. Aen. XII 453—54*) ‘dabit ille ruinas a. s. s.’

15

451      5 DE PSALTRIA HAC AVDIVIT sic errat Demea, ut intellegatur, quantum debeat irasci in his, quae inopinata audiet.

450      4 3 VIDELICET DE PSALTRIA HAC AVDIVIT ‘uidelicet’ confirmatiuum est. 4 Ut uidelicet videre licet, sic et 20 scilicet scire licet et illicet ire licet.

452      6 1 IS NIHIL PENDIT abundat ‘is’, ut in Heautontimorumenos (*II 1, 8*) ‘perii! is mihi, ubi adhibbit plus paulo, sua quae narrat facinora?’ 2 Aut ‘is’ pro ipse, subiunctiuum pronomen *⟨pro⟩* minus quam finito.

25

453      7 VTIAM HIC PROPE ADESSET quasi non sibi creditur dicenti (*I 2, 13*) ‘in ore est omni populo.’

1 enim] ergo *V (dett.)* || 2 fuerint *V (dett.)* || 4 tantum (-to *C*) praelaudati] tantopere laudati Steph. | Hegionis] hominis Schoell; fort. del. || 5 amici *W.*: ac *codd.*; *cf. III 3, 86* || 7 pol HAVD] aut *C* || 8 iniuriam illatam *V (dett.)* || 9 dolet *codd.*, corr. Steph. | in *om. C* || 10 uir bonus *V* || 11 FACTVM] facinus Ter. || 13 aut *C* DEDISTI pro fecisti Steph.: deest tu perfecisti *codd.* || 14 sed uel *C* || 16 DE PSALTRIA *om. C* || 20 est *om. C* || 21 *⟨p⟩*scire *C* | et *om. C* || 22 nihil impendet *C* | in *om. C* || 23 peri *om. V* | is *om. C* | ubi mihi *C* || 24 quae *om. C* || 25 pro add. *W.* | finitum *codd.*, corr. *W.* || 26 non *LP*, nunc *CV*

454 8 1 HAVD SIC AVFERENT quomodo accipimus 'haud sic auferent'? an: factum suum auferent? an: nisi correxerint culpam, non silentio transituros ipsos id ipsum quod factum est? 2 Et nisi si non significat. 3 sic δεικτικόν est. 4 QVAE ILLOS AEQVVM EST subauditur 5 <'facere'> a superiore per σύλλημψιν intellectum.

5 HAVD SIC AVFERENT id est: leuiter abibunt uel subtrahent culpam. 6 HAVD SIC AVFERENT ciuilis et matura comminatio. et est 'sic' δεικτικόν gestum continens leuisimae et paruae significationis. 10

455 9 IN TE SPES OMNIS HEGIO ut narratio non fuerat necessaria, ita preces interponendae sunt.

456 10 1 TV ES PATRONVS TV ES PARENTS 'patronus' aut temporale nomen est defensoris aut certe appellatio, per quam ostenditur, quod illi cultus et obsequium debeatur; 15 est enim nomen ad aliquid. 'parentis' autem ueri amoris nomen est et aequali loco continet interpretationem. 2 Et uide, quam uigilanter poeta, cum simpliciter matronam de absente Hegione loquentem induceret 'coluit nos' (III 2, 54) dixit, cum seruus et supplex apud praesentem 20 loquitur, 'tu es patronus' inquit.

457 11 ILLE TIBI MORIENS NOS COMMENDAVIT SENEX seruus magnum addidit ueritatis indicium dicendo 'moriens'; nemo enim moriens non uera loquitur et urgentia, unde in iure ultima indicia certiora sunt. sic et alibi (Andr. 25

1 HAVD] aut *codd.* | quomodo <ic> V | aut *V*, *om.* *C* || 2 an *Steph.*: aut *C*, sic aut *V* (*dett.*) | nisi *Westerh.*: si *C*, sic *V* || 3 tacituros *V* (*dett.*) | id *W.*: uel *codd.* || 4 sic *om.* *V* || 5 dictio-  
con *V*, distinctio *C* | est *om.* *C* || 6 facere add. *Steph.* | ad supe-  
riora *codd.*, corr. *Steph.* | sylempsim *V*, silepsis in *C* || 7 aut *CV* |  
id est] uel *C* | uel *om.* *C* || 8 ciuilis] senilis *Steph.*, at cf. III  
3, 64 ciuiliter || 9 δεικτικόν *W.*: dictum demonstratio *codd.* ||  
11 fuerit *C* || 13 PARENTS] pater *Ter.* | autem *V* (*dett.*) || 14 appella-  
tio <est> *V* (*dett.*) || 15 illuc (illi *V*) uultus *codd.*, corr. *Steph.* ||  
16 ueri — est *om.* *C* || 18 uide *om.* *C* | suppliciter *V* || 20 cum  
<praeterea> *V* (*dett.*) | etiam *V* | simplex *C* || 22 nos tibi moriens  
*V* (*dett.*), uel moriens *C* | seruus] senex *C* || 23 addidit  
post indicium *V* (*dett.*) || 24 moriens *om.* *V* (*dett.*) || 25 iudicia  
*CV*, corr. *dett.*

I 5, 62) ‘hanc mihi in manum dat, mors continuo ipsam occupat’.

458   **12** 1 *SI DESERIS TV PERIMVS* proprie quasi patrono, nam socius deficit, parens prodit, patronus deserit. sic Sallustius (*Hist. I fr. 22 M.*) ‘post defectionem sociorum et Latii’ et (*Verg. Aen. I 251—52*) ‘*unius ob iram prodimur*’ et (*Ter. Ad. IV 5, 58*) ‘prodidisti et te et illam miseram et gnatum, quod quidem in te fuit’; Plautus (*Circ. IV 3, 15*) ‘qui libertos habent, eos deserunt’. hinc et milites, qui defensores patriae debent esse, desertores 10 dicuntur. 2 Haec omnia magnam uim habent, si per singulas partes orationis considerentur, ad commouendum precibus Hegionem.

456   **10** 3 *Et TV ES PATRONVS ab honesto; TV ES PARENTS a iusto.*

458   **12** 3 *Et SI DESERIS TV PERIMVS et huic maxime rei 15 respondet contrarie, quae illum maxime commouit, ut* (*Verg. Aen. VII 452, cf. 440*) ‘en ego uicta situ’ et ut (*Aen. XI 392, cf. 366*) ‘pulsus ego?’ alii πρὸς τὸ ‘perimus’ τῷ εὐφημισμῷ responsum putant.

459   **13** 1 *SATIS PIE POSSE* deest ‘facere’. 2 *NEQVE ME* 20 *SATIS PIE POSSE ARBITROR* honesta locutio, quae significat: quicquid fecerit pro pietatis debito, illius merito parum esse. sensus autem hic est: neque faciam quod nefas est, ut uos deseram, nec hoc ipsum quod facio, satis pium est pro tanta necessitudine. 3 *Et bene addidit ‘satis’, ut* 25 *<sit>*: etsi pie, non tamen satis.

3 tu deseris *<tum> C* || 5 defensionem *C* || 6 et Latii Steph.: relatu (*ante sociorum*) *C*, et relatum *V* (*dett.*) || 7 et *te*] *te V* || 9 qui]ig<sup>r</sup> *C* | liberos *V* (*dett.*) | eos] et eos *Plaut.* || 10 deberent *V* (*L*) | desertores dic.] si deficiunt *vel* signa relinquentes *vel sim.* deesse putant *Schoell* et *Goetz* || 14 <*et*> *tu V* | es om. *C* || 15 Et om. *V* | dixeris *C* | rei maxime *V* (*dett.*) || 17 contrarie] oratore *V* (*dett.*) | ut] *tu C* || 18 alii] *haud scio an quae superiora scripsit* legerit caue ‘deseris’ (*dextris Ter. cod. A*), *quod suadent et loci Vergiliani et schol. ad Eun. IV 4, 35* | πρὸς τὸ Steph.: \*\*\*\*  
*codd.* || 19 τῷ εὐφημισμῷ Steph.: to·Δy·feniffo M·Y·I *C*, \*\*\*\*\*  
*V* (*dett.*) || 21 *PIE*] facere add. *C* | qua *V* (*dett.*) || 22 illius *W*: illis *C*, illi *V* (*dett.*) || 25 ut sit etsi pie *W*: ut et sapiens *codd.*

- 460    14 SALVERE HEGIONEM PLVRIMVM IVBEO ideo praeuidit  
Demea, non praeuisus est, quia oportuit illum audire,  
quae loqueretur Hegio, et ex illius iam uerbis in indignationem moueri. ‘iubeo’ autem uolo significat, ab eo quod  
sequitur id quod praecedit; non iubemus enim nisi quod 5  
uoluerimus. et est Homericum (*Il. I 134; cf. III 285*)  
‘κέλεαι δέ με πάντ’ ἀποδοῦναι’ † εθελομην γαρ εκτωρα συνεννισενα.†
- 462    16 MAIOR FILIVS TVVS AESCHINV<sup>S</sup> artificiosissima postulatio, in qua statim, ⟨ne⟩ Demea diceret nihil ad se hanc 10  
querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonem curare debeat,  
infertur causa, cur non dissimulet pater, quia ‘filius’,  
quia ‘maior’ est, quia ‘Aeschinus’, si quid est in ipso  
nomine caritatis, quia fratris adoptiuus, quia bonus et  
liberalis et contra haec quibus laudatus est fecit.      15
- 463    17 NEQVE BONI quasi id quod est uel id quod esse  
debet.
- 464    18 NEQVE LIBERALIS FVNCTVS EST OFFICIVM VIRI quae-  
rendum, inter bonum et liberalem quid intersit: an  
bonus est qui non nocet, liberalis qui etiam prodest? 20  
an bonus est qui non peccat in facto, liberalis qui nec  
in uerbo quidem?
- 466    20 1 ⟨AEQVALEM⟩ aequaeuum, δμήλινα. 2 QVIDNI plus  
est ‘quidni?’ quam ‘noueram’; nam quasi corripit dubitan-  
tem dicendo ‘quidni?’, ut subaudiatur ‘nouerim’.      25

1 IVBEO] cupio C || 5 iubemur C || 6 homerica C || 7 κέλεει  
με πάντ’ αποδοῦναι εθελομην γαρ εκτωρα CYNENNIΔIENΔ  
Lindenbr. ex cod. Cuiac. ut vid.: \*\*\*\*\* codd.; *Il. XXIII*  
894 ‘ει σύγε σῷ θνμῷ ἐθέλοις· κέλουσι γὰρ ἔγωγε’ in altera parte  
latere suspicatur Schoell, qui et ‘sunt Homerica’ duce C || 9 minor C ||  
10 ne (ante statim) add. Steph. | Demea diceret om. C || 13 qui  
maior codd., corr. Steph. | si quidem in ipso C || 14 quia... quia]  
et ... et C | fratri // V (dett.) || 15 et et haec om. C | fecit ⟨sed⟩  
codd.; fecisset? || 16 uel id Rabbow: uelit codd. || 18 ⟨quia⟩  
neque V (dett.) | EST om. C | officio V (dett.) || 19 et liberalem  
post intersit C || 20 nocet — non om. C || 22 quidem C, cod. Cuiac.,  
quidni id est quid non V (dett.) || 23 AEQVALEM add. Steph. | eque-  
uum C, cod. Cuiac., om. V (dett.) | δμήλινα Steph.: \*\*\*\* codd.

- 3 FILIAM EIVS VIRGINEM <VITIAVIT> uide quantum ualeat  
<in> iniuria uel dignitas personarum: non contentus faci-  
nore personas ante creditit ponendas.
- 467 21 HEM interiectio nunc irati est et irati uehementer,  
quippe qui aliud uitium audiebat praeter crimina, quae 5  
sciebat.
- 468 22 1 QVOD EST GRAVISSIMVM quia illud graue.  
2 AN QVICQVAM EST ETIAM AMPLIVS 'amplius' quantitatis  
est, nam ideo 'nondum etiam audisti, quod est grauissi-  
mum'. 3 AMPLIVS id est maius. 10
- 470 24 1 PERSVASIT NOX AMOR VINVM ADVLESCENTIA Plau-  
tus in Bacchidibus (*I* 1, 54—55) 'quid hoc illecebrosius  
fieri potest, nox mulier uinum, homini adulescentulo?' 15  
2 *Et* haec omnia ab impulsionis parte dicuntur, non a  
ratiocinationis, ideo et 'persuasit' dixit, nam instans per-  
suasio impulsio dicitur, ut ipse (*Andr. I* 5, 31) 'dum in  
dubio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur'. 15
- 471 25 1 HVMANVM EST nihil iam de ea sumptum con-  
suetudine est, quod non humanum. et hoc dicere solemus,  
ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse 20  
dicimus.
- 470 24 3 PERSVASIT NOX AMOR VINVM ADVLESCENTIA haec  
&συνδέτως inferuntur, ut multa uideantur. 4 VINVM  
plus dixit 'uinum' quam si 'uinolentia' diceret, ut (*III*  
3, 40—41) 'tu nihil nisi sapientia es, ille somnium'. 25
- 5 Proximum huic et simile est in Hecyra (*I* 2, 63—65)  
'cum uirgine una adulescens [ut] cubuerit plus potus, se  
abstinere ut potuerit? non ueri simile dicis nec uerum  
arbitror'. Vergilius (*Geo. II* 455) 'Bacchus et ad culpam  
causas dedit'.

1 uides *V* (dett.) || 2 in add. Klotz | <qui> non *V* (dett.) ||  
4 nunc om. *V* | est irati *V* || 7 est] et *V* | quia — grauissimum  
om. *C* (dett.) || 9 audis *V* || 12 quia istoc et fieri <non> potest  
Plaut. || 17 uel] et *C* || 18 iam de ea *W*.: tandem ea *codd.* ||  
19 non om. *C* || 20 tollerabile est (sic et *V* ante corr.) post dici-  
mus *C* || 23 &συνδέτως Steph.: \*\*\*\* *V*, om. *C* || 24 uinum  
om. *C* || 27 potus se] potuisse *codd.* || 28 neque *V*

471    25 2 VBI SCIT FACTVM id est: intelligit, sentit, quia  
    <sup>t</sup>supra future<sup>t</sup> peccauerat et quia qui impulsione peccat,  
    non peccat ratiocinatione.    3 Et hic locus illi rei occur-  
    rit: cur ergo tacuisti?

472    26 1 ORANS OBSECRANS orare est placidos petere, ob- 5  
    secrate iratos rogare; unde plus facit 'obsecrans' quam  
    'orans', plus uero 'orans' quam 'rogans'. Cicero (*diuin.*  
    *in Caec. I 3*) 'rogare et orare'.    2 VENIT IPSE VLTR  
    LACRIMANS mire: 'ad matrem uenit ultro', ne quid leniter  
    aut mollius mulier tulisse ac prope pactionem iniisse 10  
    uideretur.

474    28 1 IGNOTVM EST TACITVM EST CREDITVM EST ἀσυν-  
    δέτως ut solet per συντομά. sic loquitur, ut (*Phor. I*  
    2, 53 sq.) 'imus uenimus uidemus'. 'ignotum est' autem,  
    quod ultro uenerat et lacrimans; 'tacitum est', quod 15  
    orabat et obsecrabat; 'creditum est', quod fidem  
    dabat et iurabat.    2 Et honestius impersonaliter quam  
    'ignouimus, tacuimus, credidimus'.    3 VIRGO EX EO COM-  
    PRESSV GRAVIDA *FACTA* EST hoc addidit, ne ex uiliori  
    usu et inhonesta patientia uirginis ad conceptum libido 20  
    perueniret. et praeterea quia et hoc dici potuit: ille  
    quidem uitiauit uirginem, sed quid si ex alio concepit  
    postea, quae iam grauida facta est?, idcirco et a uitio  
    uirginis tempus ostendit, ut cum facto ratio conueniret.

476    30 1 ILLE BONVS VIR *elqævela* indignantis in loco ad- 25  
    dita est uerbis ardentibus.    2 ILLE BONVS VIR NOBIS  
    PSALTRIAM SI DIS PLACET conclusio accusationis.    3 Et

1 scit] sit *V* (*dett.*), fit *C* | idem *codd.*, corr. ed. pr. | <et>  
sentit *V* (*dett.*) | quia] quod *V* (*dett.*) || 2 <sup>t</sup>supra future] fort.  
superatus furore; inscius futurae rei *Schoell* | peccauerit *V*  
(*dett.*) || 3 non peccat *om. C* | Et *om. V* || 5 <et> obsecrare *C* ||  
8 orare et rogare *codd.* | ipsus *Ter.* || 9 mire <et> *V* || 12 ἀσυν-  
δέτως *Steph.*; asynthonet *V* (*dett.*), \*\*\*\* *C* || 13 sintomiam *C*,  
sytomiam *V* | sic] hic *Steph.* || 15 <ad> tacitum *codd.* || 16 ob-  
secrabat <ad> *V* | est] ad *C* | <et> fidem *V* || 17 <dixit> quam  
*V*, quod *C* || 18 eo] hoc *C* | GRAVIDA — hoc *om. C* || 21 per-  
ueniret *V* || 22 si *P*, sit *CV* || 25 VIR *om. C* | ironia *V* (*dett.*),  
\*\*\*\* *C* || 26 uerbis est *C*

'bonus uir' εἰρωνεία quidem est, sed ab eo posita, qui indignetur uirum bonum esse debuisse qui non sit; ut supra (v. 17) 'neque boni neque liberalis functus est officium uiri'. 4 Et simul considera, quo nomine Aeschinum uocet, uirum appellans scilicet, qui uult eius certa esse promissa et qui illum iam pridem uideri maritum uelit. 5 'Nobis' autem ex abundantia τῷ ἀττικοῦ ad indignationem relatum est. 6 SI DIS PLACET bene interpositum ad inuidiam 'si dis placet', scilicet per quos iuratūtum est. 7 PSALTRIAM NOBIS τῷ ἴδιωτισμῷ; sic enim 10 dicimus. et est consuetudinis peruulgatae.

477 31 1 ILLAM DESERIT hoc est: cui <e> contrario dum uiuat obstrictus est. 2 Et DESERIT uirginem scilicet.

478 32 1 PRO CERTON TV ISTAEC DICIS hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti, sed quia mira sunt sce- 15 lera. 2 MATER VIRGINIS IN MEDIO EST terribiliter satis 'in medio est', quasi retineri non possit nec cohiberi, quin rem prodat publice. et praeterea cum argumentorum genera duo sint, ἐντεχνον καὶ ἀτεχνον, sicut in rebus manifestis ἀτέχνῳ utitur. 3 Hoc ergo sublati supercilii 20 dicendum est 'in medio est'; nam lentius erat, si diceret 'praesto est'.

479 33 IPSA VIRGO scilicet quae in Aeschinum reum et testis et crimen est. et ideo addidit 'res ipsa', hoc est pondus uteri exactis ad pariendum mensibus. 25

480 34 1 PRAETEREA VT CAPTVS EST SERVORVM ad haec intellegamus aliter dici non inertem Socratem, aliter

1 yronia C, ironia V || 3 officio V (dett.) || 5 certa eius V || 6 qui om. C | pridem uideri V (dett.), \*\*\*\*\* C || 7 τῷ ἀττικοῦ cod. Cuiac, \*\*\*\*\* V, om. C (dett.); τῷ ἴδιωτι - Steph. || 10 est om. C | τῷ ἴδιωτισμῷ Steph.: \*\*\*\*\* codd. || 11 prouulgatae (prom- V) codd., corr. Steph. || 12 deserat V; sic et infra | e add. Steph. | contrarium V (dett.) || 17 potest C | cohiberi V || 18 qui codd., corr. ed. pr. | prodat Schoell: probat <et> C, probet <et> rell. || 19 sunt codd., corr. Steph. | ἐντεχνον καὶ ἀτεχνον Steph.: \*\*\*\*\* non codd. || 20 ἀτέχνῳ utitur Steph.: \*\*\*\* codd. || 23 reum om. C || 24 et om. V | <ipsa> addidit C || 25 apparendum codd., corr. Steph. || 26 seruulorum V (dett.)

non inertem seruum; aliter non malum Scipionem,  
aliter seruum non malum esse. 2 VT CAPTVS EST  
quantum capit animus seruilis, tantum 'non malus neque  
iners' Geta. 3 An 'ut captus est': quemadmodum saepe  
aucupium in seruis habendis bonum euenit, ut in captu  
auium uel piscium uel ferarum plurimum fortuna domi-  
natur? et hoc ideo, quia seruum bonum euenire non ratio  
est aut natura, sed casus est utpote in re rarissima; ut  
sit 'ut captus est seruorum' ut euentus est in seruis.  
4 VT CAPTVS EST SERVORVM NON MALVS id est ut se habet 10  
condicio seruorum. Afranius in Simulante (*fr. 9 Ribb.<sup>3</sup>*)  
'uti seruorum captus est, facillime domo atque nostra  
familia prouenditur'. 5 Ego 'captus' sortem intellego.

## 6 NON MALVS hoc est fidelis.

481 35 1 NEQVE INERS et artem habens. 2 Oratorie 15  
futurum testem et indicem laudat, sed ne id improbe  
facere uideatur, parcius id facit. non ergo dixit 'bonus  
et sollers', sed quod in seruo sufficit 'non malus neque  
iners'. 3 Et proferendi Getae haec maxime causa est,  
ne, quod permittere uideatur in seruo pauperis, atrocius 20  
fiat. 4 Et simul ut haec προθεσμίας non contrastet  
Getam, quem prius laudat dicturus 'hunc abduce, uinci,  
quaere rem'. 5 ALIT ILLAS SOLVS duas hic res docet:  
et unde uiuant, quod testimonium pudicitiae est, et gra-  
uem testem posse esse Getam. 6 SOLVS incerta distinctio 25  
est 'solus', sed melius est 'solus omnem familiam sustentat'.

482 36 1 <SVSTENTAT> hoc uerbo tenuis uictus ostendi-  
tur, quod bene frugi esse monstratur in feminis.

2 <praeterea> ut captus <an captus> est V (dett.) || 3 ma-  
lum C || 4 ut om. V (dett.) | quemadmodum] hic desinit cod. P ||  
6 uel 1. om. C || 7 euenire bonum V | ratio est Steph.: ratione  
codd. || 8 aut om. C | casu et C || 9 ut 2. W.: et codd. | seruis. vr |  
serui (-is V) suis codd. || 11 in — uti] \*\*\*\*\* C || 12 uti  
Ribbeck: ut is V (dett.) || 13 prouenditur] protruditur vel pro-  
uerritur Ribb.; cf. Lachm. ad Lucr. 121 || 16 iudicem V ||  
17 nunc C | ergo] enim V (dett.) || 19 praeferendi codd., corr.  
Steph. || 21 haec om. C | προθεσμίας Steph.: \*\*\*\*\* codd. |  
contrastat C || 27 SVSTENTAT add. W. || 28 infirmius C

2 HVNC ABDVCE VINCI QVAERE REM non multum permittit  
ut pote de alieno seruo; adeo Geta plus de se largietur.  
ipse tamen tria posuit ἀσυνδέτως, ut multa uideretur  
dicere. 3 HVNC ABDVCE ut (*Verg. Aen. XI* 463) 'tu,  
Voluse, armari Volscorum edice maniplis'; nam postea E 5  
littera huiusmodi uerbis ablata. 4 HVNC ABDVCE VINCI  
bono ordine: et 'abduce' illuc, ubi nemo possit inter-  
cedere, et 'uinci', ne solutus ⟨sit⟩, ut sciat, si uerum  
seruus accuset. 5 QVAERE REM latenter praeter uincula  
etiam tormenta significauit, nam hoc 'quaere rem' pete 10  
rei ueritatem significat.

483 37 1 IMMO HERCLE EXTORQVE ἄτεχνος πλοτις. et bene  
ipse de se plus apertiusque largitur. 2 EXTORQVE mul-  
tum dixit: non 'torque' sed 'extorque'. 3 Et torque-  
mus hominem, extorquemus ueritatem. 15

485 39 1 PVDET auersus hoc dicit et perturbatus Demea.  
2 Maioris erit ponderis 'pudet' dictum, si 'me' nec  
addas nec subaudias.

486 40 DIFFEROR DOLORIBVS diuellor, discrucior, dilaceror.  
et proprie hoc genus querelae conuenit parturienti et cui 20  
uiscera distenduntur et ei quae inexpertum dolorem nunc  
primum sentiat.

487 41 1 IVNO LVCINA FER OPEM bona procuratio poetae,  
ut et uox parturientis pro testimonio succedat ad inflam-  
mandum Demeam. et nota puellarum, quae in comoediis 25  
honestae sunt et ex amore ducuntur, aut nullam in scaena  
esse aut rarissimam uocem. 2 FER OPEM partui, SERVA

2 ideo Steph. || 3 tamen] et tantum C | ἀσυνδέτως Steph.:  
\*\*\*\*\* codd. || 5 E].r. C || 6 ablata Rabbow: aucta codd. ||  
7 et abduce] et adhuc add. C, ad hoc add. V; ab hoc Steph. |  
illuc dett., illud OV || 8 sit add. W. | ut sciat om. C || 10 hoc  
⟨est⟩ C | pete rei Steph.: peterem V, \*\*\*\* C || 12 ἄτεχνος  
πλοτις Steph.: at \*\*\* C, \*\*\* V | et] est C, || 14 Et torque-  
mus] torquemus enim V (dett.) || 16 aduersus codd., corr.  
Westerh. || 20 cuius C || 24 et uox] uxor C || 25 puellas V | quod  
C || 26 honesta C | dicuntur codd., corr. Bentley | in ⟨se⟩ scenam  
codd., corr. Steph.

- ME OBSECRO parturientem; duas enim res poscit haec precatio: et nascentis et parturientis salutem.
- 488 42 NVMNAM ILLA QVAESO PARTVRIT 'illa' scilicet, de qua sermo est. quid enim opus fuerat nomine?
- 489 43 1 ILLAEC FIDEM NVNC VESTRAM haec oratoria πλάσις est: non enim uere rogat, sed hoc uidetur facere.  
2 Et implorare est in malis positos cum ploratu aliquem rogare.
- 490 44 QVOD VOS VIS COGIT ID VOLVNTATE artificiose, ne totum suppliciter agendo diffidere causae uideatur. 'uis' 10 igitur 'legum' intellegitur.
- 491 45 1 DEOS QVAESO VT VOBIS DECET hoc est: non uoluntate aduersarium fore. 2 VT VOBIS DECET παραινετικῶς dixit, non 'ut puellae utile est', sed 'ut uobis decet'.  
3 VOBIS DECET Graece dixit: ὑμῖν πρέπει. et deest 15 'facere'.
- 492 46 1 SIN ALITER ANIMVS EST officium amici exsequitur in reddenda causa, cur aduersarius futurus sit.  
2 EGO DEMEA ἐν ἥθει 'ego, Demea'.
- 493 47 1 SVMMA VI DEFENDAM HANC non dixit id quod 20 est 'uos ulciscar' sed 'hanc defendam'. 2 ATQVE ILLVM MORTVVM idonea causa aduersus uiuos faciendo pro mortuo scilicet. 3 <Et> quasi iure et officio suo locutus est et exaggerauit culpam Aeschini, qui uidebatur in uno et eodem facinore uiuos mortuosque laesisse. 25
- 494 48 1 COGNATVS MIHI ERAT causa exposita iam agit Hegio de persona sua utrum recte faciat, et quam per-

4 fuerit C || 5 πλάσις ed. pr.: plausis (-us C) codd. || 7 positis C || 10 ius codd. || 12 hoc — DECET om. C || 13 παραινετικῶς Steph.: \*\*\*\*\* codd. || 15 ὑμῖν πρέπει ed. pr.: \*\*\*\*\* codd. | et om. C || 16 facere. SIN] faceres C || 17 exequar C || 19 ἐν ἥθει W. (cf. Hec. I 2, 56): \*\*\*\* codd. || 20 <et> non C || 22 causa <est> V (dett.) | aduersus] contra cod. Cuiac. | faciendo C, cod. Cuiac. | <querimoniam> faciendo V (dett.) || 23 Et add. W. | in re C, in iure V (dett.) || 24 sit V | culpa C | eschinum C, in esch- V (L); corr. W. || 25 et om. C || 26 ait C || 27 et C, cod. Cuiac, ut V (dett.)

sonam deinde acturus sit ostendit. dicit <enim>, cum amicitiarum duo genera sint, unum necessarium, id est propinquitas sanguinis, alterum uoluntarium, quo nobis etiam alienissimi coniunguntur, Micionem sibi ac Demeam et uiuos et uoluntarios tantum amicos esse, Simulum uero et mortuum et non solum amicum uoluntate sed etiam necessitudine fuisse coniunctum. in qua re et illi non derit et his purgatur. 2 Et ‘cognatus mihi erat’ uult adiuuat, quia non a coniunctione inceptiua sumpsit exordium. 3 COGNATVS MIHI ERAT officia multa contra unum officium amicitiae Demeae ac Micionis.

496 50 1 PAVPERTATEM VNA PERTVLIMVS ἐπαρεαροδά.

2 Et quia magis coniungit malorum consortium quam bonorum.

497 51 1 ITA FACIAM EXPERIAR sic dicit, ne dicat ‘uindi-  
cabo’, quod uult magis significatum esse quam dictum.

2 Et re ei diceretur ‘nihil poteris’, quod ad incipien-  
dum sufficit dixit ‘experiar’.

498 52 ANIMAM RELINQVAM modesta comminatio: prius quid  
sibi possit euenire dixit, quam quid passurus sit Aeschinus.

499 53 1 FRATREM CONVENIAM HEGIO uultuose pronun-  
tiandum hoc quod addidit ‘Hegio’, quasi dicat: res in  
manu fratris est constituta, non mea. 2 QVID MIHI RE-  
SPONDES respondere proprie dicitur, cui lis intenditur.  
spondere enim proprie est priorem loqui quasi ‘spon-  
25

1 deinde — ostendit W.: m.d.de ē oñdit habiturus sit C,  
inducit sit d ostendat(?) habiturus cod. Cuiac. ut vid., inducit  
ostendat habiturus sit V (dett.) | dicit om. V (dett.) | enim add.  
W. || 2 sunt C || 3 sanguinis] alicuius C, cod. Cuiac. || 5 et  
2. om. V (dett.) || 6 amicum (post necessit.) V (dett.), amicos C ||  
7 illis codd., corr. Steph. || 8 purgatur Steph.: -tus codd. | <sed>  
et codd. || 9 non om. V || 11 demae amicitiae V (dett.) || 12 ἐπ-  
αρεαροδά Steph.: \* \* \* \* \* codd. || 15 ita] nitar Ter. | sic] οἵα C ||  
16 significatu quam dictu C || 17 ad accipiendum C || 18 sufficit  
om. C || 20 conuenire codd., corr. Steph. || 22 hoc om. V (dett.) |  
dicat post constituta C || 24 dicitur cui lis Wieling: dici ciuilis  
codd. || 25 respondere codd., corr. W. | enim] cum C | proprie  
om. V (dett.) | alloqui V (dett.) | quasi] quam C | spondeo W.  
(cf. Varro l. l. VI 69 sq.): spondes cod. Cuiac., -dis C, -dere V (dett.)

- deo' id est uerba fundere, ut (*Verg. Aen. V 842*) 'funditur que has ore querelas', respondere posteriore loco dicere.
- 500   **55** SED DEMEA HOC TV FACITO ἐπιθεράπευσις supra habitae comminationis.
- 502   **57** 1 QVAM VOS FACILLIME AGITIS ut (*Eun. II 2, 30*) 5 'facile uictum q.'   2 Et uide, quam oratorie laudes sumpserit argumenta suadendi.
- 503   **58** AEQVO ANIMO AEQVA NOSCERE OPORTET bene dixit 'aequo animo', quia potentior et fortior contra naturam est aequitas.
- 505   **60** REDITO prosequebatur abeuntem, quemadmodum apparet ex uerbis.
- 506   **61** DECET TE FACERE sollicita obsequela Hegionis ultima in loquendo ostendit impotentiores personam contra Aeschinum; quo magis gaudium crescit comoediae, quando 15 tali ac tanto pauperior puella sed tamen cupita iungeret.
- 507   **62** 1 NON ME INDICENTE quia dixerat (*I 2, 59*) 'ipse sentiet posterius'. 2 Et nimis dura compositio sed apta irascenti. 3 UTINAM HIC SIT MODO DEFVNCTVM 'utinam' desperandi uim habet. 4 HOC id est negotium in raptu 20 uirginis. 5 DEFVNCTVM finitum, id est: ut non peiora committat. 6 DEFVNCTVM finitum, hoc est: ne ulterius peccet Aeschinus.
- 508   **63** NIMIA ILLAEC LICENTIA quam illi dat Micio.
- 509   **64** PROFECTO EVADET per ardua et interrupta ueniet.
- 510   **65** HAEC EVOMAM non 'effundam' sed 'euomam', utpote quae me aequum faciunt, quibus me reueabo, cum ille languor egestus sit. nam 'euomam' translatione hoc significat.

2 loquellas *Verg. || 3 ἐπιθεράπευσις Steph.: \*\*\*\*\* codd. || 5 ut <et> facilem codd. || 6 q.] p C, paret V | laudis codd., corr. Steph. || 9 potentiori fortiori C || 11 abeuntem W.: ad eundem C, -dum V (dett.) || 14 ostendit in loquendo V || 18 compositio <est> V (dett.) || 19 hic] hoc V (dett.) || 20 hoc] hic C | in raptu W.: id (est add. V) in raptum codd. || 26 hec L, hoc rel. || 27 cum om. C | langor ille V || 28 egestus] gestus q C | translationi hoc C, haec translatione V*

## 5.

- 511 1 1 BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA *hi sex uersus in fab 601*  
*quibusdam non feruntur.* in hac scaena uidetur iam locutae Sostratae Hegio respondere: potest tamen et ipse incipere, tamquam qui et rem nouerit et maeore eius moueat. 2 BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA meminisse 5 debemus, quod dixit (III 4, 61) ‘duc me intro ad Sostratam’ et quod hoc ‘intro’ in proscenio est παρὰ τὸ πιθανόν, non post scaenam. nam aliud significat (*Phorm. V 9, 65*) †‘eamus intro’†, ubi dicitur (*Andr. V 6, 16—I7*) ‘intus despondebitur, intus transigetur, si quid est quod 10 restet’; illud enim interius agitur extra omne proscenium.
- 3 FAC SIS SOSTRATA ‘sis’ honorifice additur uerbo, ne, quod imperatiuo modo pronuntiatur, superbum sit; deductum est autem a senatus consulti formula: ubi aliquid senatus consulibus iniungit, addit ‘si eis uideatur’. 15
- 4 ET ISTAM QVOD POTES quia uox ipsa tristis est et circa tristem filiam, ‘quod potes’ dixit.
- 512 2 1 FAC CONSOLERE duas res dixit, quas et ordine locutus est: et tu bonum animum habe, inquit, et filiam fac habere. 2 EGO MITIONEM quia Demeam iam uidit. 20
- 514 4 SI EST FACTVRVS OFFICIVM hoc dicendo promittit ipsum esse facturum; nam facile est unum quemque officio suo fungi.
- 516 6 VT QVID AGAM QVAM PRIMVM mature neque comminatur neque segnem ostentat se fore. 25

\* codd.  
is codd.  
W.: ad  
18 com-  
hic C  
hee L  
| gestus

1 faxis C; sic et infra || 6 dixit duc] huc C || 7 quod] quia C | παρὰ τὸ πιθανόν W.: ΠΑΤΕΡΑΠΑΙΤΝΝΙΝ cod. Cuiac,  
\*\*\*\*\* \* rell. || 9 eamus intro] fort. voluit ‘sequare hac me intus’ = *Andr. V 6, 14* || 12 sis] sic C || 14 consulto codd., corr. Steph. | formulare V (dett.) || 15 addidit C || 16 potest C; sic et infra | est om. C || 18 consolare V (dett.) | dixit om. C || 19 habe animum V (dett.) || 21 hoc om. C || 22 ipsum] spem C